Tcesserunt ad Jesum ſcribe ꝛc.) Matt. xij. In pñti euāgelio tāgunt tria puncta: que ſunt Poſtulatio: Eōminatio: ꝫ Eōſolatio. Quantū ad ꝑmū ſciēdū eſt qꝫ vt ex textu euāgelij pz: chr̄s fecerat miranda ꝫ eiecerat demonē de obſeſſo. ſed phariſei dixerūt qꝫ in beelzebub ejciebat demonia. Chr̄s aūt rōnabilr oñdit ſe virtute dei ejcere demonia. deinde acriter eoꝝ malicīā increpauit: ꝫ tūc vt ꝟ or: q̄dā eoꝝ ſil cū ſcribis petiuerūt ſignuz nō q̄dcunq; ſed circa celeſtia coꝝa: vt or Lu. xj. qz ſignū de celo q̄rebāt ab eo: puta qꝫ ſol ſiſteret vt rpe Joſue: vl retrocederet vt rpe Ezechie. Et in ꝟ tentabāt dñm vt dicit idē Lucas: qō dupl̄r pōt intelligi Uno modo qz tētabāt vt decipent. Alio mō vt expirent̄ potentīā chr̄i. Duplicit ei detrahebant miraculis chr̄i. Uno modo dicēdo qꝫ ea faciebat ꝑ virtutē maioꝝ demonis q̄ pōt expellere minorē: ꝫ ꝓcurare alias quas ſanitates mirabiliter. Et ſic petiuerūt ſignū in celeſtibꝫ coꝝpibꝫ in q̄bꝫ diabolus miracla nō videt poſſe facere: vt ſic appareret chr̄s ꝑ virtutē diaboli operari: cū in talibus coꝝpibꝫ nihil poſſz. ſz ſolū circa ea ad q̄ diaboli ptās ſe pōt extendere. Alio mō detrahebāt dicētes qꝫ erāt miracula parua: qz cōiter erāt circa hoim ſanitates: nō volebāt expiri ſi poterat maiora. Dicit g̃ (Acceſſerūt ad Jeſum ſcribe). i. legis doctores nō a ſcribendo dicti: ſed a docendo ſcripturas (ꝫ phariſei). i. q̄dā religioſi: dicti a phares qō eſt diuiſio: eo qꝫ diuiſi eēnt ꝓ religioſam ꝙuerſationē q̄ntū ad exteriora a ceteꝛ. Ad Jeſum aūt vtriꝫ acceſſerūt vt decipent eū: vel vt ſumerēt expimentū de eius ptāte (dicētes) adulatorie loq̄ndo ſm Chr̄yſ. (Magiſtr volum⁹ a te ſignū) id eſt miraculū: qō vt in pluribꝫ dicit ſignuz veritatis rei ad quā aſſerendā fit: vel ſanctitatis eius ꝙ quē fit (videre) de celo: ſez quaſi ꝑa miraculo nō fuiſſent q̄ viderāt ꝫ q̄ſi iſta nō poſſent calūniari Hiero. Qui calūniaris ea que vides oculis: manu tenes: vtilitate ſentis: q̄d facturus es ō his que de celo venerit? Utriꝫ rñdebis ꝫ magos in Egypto multa ſigna feciſſe de celo Hec ille. Vide aūt phariſeoꝝ ſcribarūꝫ ſuperbiā: ꝫ cōtumgioſe loquunt: dicētes volumus. ꝫ nō: vellemus: aut p̄camur (Qui reſpondēs) duꝛe acriter. Chr̄yſ. Et q̄dem cū ſi ꝙuiciabant: manſuete rñdebat. cum aūt adulabant: conuicioſe. demonſtrās qꝫ vtraꝫ paſſiōe erat ſuperior: ꝫ neqꝫ ꝙuicijs in irā deducit: neqꝫ adulatōe mollit. Hec ille. (ait ill. Generatio mala) Chr̄yſ. Mala inquā: q̄m ingrati ſemꝫ facti ſunt circa benefactores: ꝫ dū patiētes deteriores fiunt: quod ē vltime malicie. Hec ille. (Et adultera). i. idolatra: vel ex idolatrīs deſcendens. Idolatria em̃ in ſcriptura dicitur adulteriū: ſm Hiero. eo qꝫ relicto viro ꝓprio. i. deo: ania ſequat alienū. i. diabolū (ſignū querit) bonis ꝟbis ꝫ malo fine. i. vt me decipiant vel ꝓbent. Ideo vt dicit Raba. indigni erāt videre ſignū de celo: vnde datur eis de ꝓfundo inferni. Diſcipulis aūt ſm eundē dedit ſignum de celo ꝓus oſtendendo celeſtē gloriā: dū tranſfiguratus eſt in monte Thabor: ꝫ deinde aſcendendo in celū cū magna glia. Ideo ſubdit (Et ſignū non dabit ei) nunc de celo vel de terra: vel de abyſſo (niſi ſignum Jone ꝓphete) quod eſt de abyſſo: cum de celo nō mereant accipere. Et ꝛz poſtmodum chriſtus fecerit multa miracula: puta in ſuſcitatione Lazari: illuminatiōe ceci nati: ꝫ obſcuratione ſolis: tamen illa nō ſunt data illis. id eſt ad eoꝝum petitionez exhibita. Et dato qꝫ eis fuerint data: nō fuerunt data tūc. Vel ſm Thomā ſuper Matth. nō eſt eis datum ſignū quale petebant: neqꝫ ad eoꝝ vtilitatē. Jn hoc aūt qꝫ dat ſignum Jone ſm Chr̄yſoſto. latenter minatur eis ruinam ſue ciuitatis: ꝓpter mortē chriſti quā erant executuri. ac ſi diceret. Jra eſtis rebelles ꝫ increduli qꝫ omnino oportet impleri figurā que ꝑceſſit in Jona: eo qꝫ iniqua morte me ꝑdēnabitis: ſed ve vobis qz reſurgā. Et ſic chr̄s dedit eis ſignum ꝓnoſticum: qō ſemꝫ eſt

de futuro. Dedit etiã eis signũ rememoratiuũ: qđ est de ꝓterito. Sicut em̃ actio Jone fuit signũ future sepulture chr̃i: ita sepultura chr̃i fuit signũ cõmemoratiuũ ꝓteritã actionẽ Jone Est em̃ vt ad pñs ꝓtinet triplex signũ. s. Ostensiuũ de ꝓsenti. Pronosticũ de futuro. z Rememoratiuũ de ꝓterito. Sacramenta em̃ noue legis ꝑmo modo significãt effectũ suũ: puta baptismus ablutionẽ a pctis. Scđo mõ aũt significãt suũ finẽ. i. gloriã. et Tertio modo significant ꝑncipalẽ suã causam: id est chr̃i passionẽ: vt ptz ꝑ s. Tho. in. iiij. di. j. q. j. ar. j. Jdeo sequit (sicut em̃ fuit Jonas in ventre ceti trib⁹ dieb⁹ z trib⁹ noctib⁹: sic erit filius hois in corde terre trib⁹ dieb⁹ z trib⁹ noctib⁹ Sed ꝟra: qr sepultus est feria sexta ad vespam: z resurrexit die dominico de mane. Ad hoc dicũt q̃dã vt testat Aug⁹. de ꝟsen. euang. q̃ ille tres hore quib⁹ sol obscuratus est chr̃o exñte in patibulo a. vj. hora vsq̃ ad. ix. cõputãt ꝑ vna nocte: z reliq̃ a. ix. vsq̃ ad occasum ꝑ vna die. sed isti nõ itelligũt modũ loq̃ndi scripturaꝝ vt idẽ dicit: q̃ a ꝑte denominãt totũ. Soluit ergo Aug⁹. ibi z silr. x. de trini. z Hiero. z s. Tho. sup Matth. q̃ dies naturalis est. xxiiij. horaꝝ: z diẽ artificialem simul cũ nocte tanq̃ ꝑtes cõꝓhendit Chr̃s aũt tetigit in sepulcr̃o de trib⁹ diebus naturalib⁹. de fine. s. ferie. vj. z principio dñice: z ꝺ toto sabbato. A parte ergo extrema ferie sexte cõputat̃ tota illa dies: z ꝟsequnter nox ꝑcedens. z sic fuerũt tres noctes. s. que ꝑcessit feriã sextã: z q̃ ꝑcessit sabbatũ: z q̃ dñicam. Et silr tres dies artificiales: vt ptz. Sed ꝟra hoc arguit̃ qr pari rõne ab extrema ꝑte diei dñice. i. a mane debuit ipa tota denominari: z ꝟsequenter cõputabit̃ nox seq̃ns: z sic erunt ꝑtuor noctes. Ad hoc dicit̃ q̃ dies tũc incepit cõputari a sero: ideo nox q̃ dñicã seq̃bat̃ nõ erat pars dñice. Vñ Aug. x. de trinita. vbi s. Sicut inq̃t ꝑmi dies ꝓpter futurũ hois lapsuz a luce in noctem: ita isti ꝓpter hois reparatiõem a tenebris in lucem cõputanf. Hec ille. Videt aũt ꝑm eũ iste ordo mutatus qñ fuit saluator captꝰ ꝑm alios aũt in nocte resurrectiõis: ita q̃ ꝑm eos illa nox dominice cõputat̃ cuz die ꝑcedente inquantũ finis ꝓtis ordin⁹: et cũ sequẽte inquantũ initiũ seq̃ntis. Et sic ꝑm eos vna dies naturalis fuit parasceues cum nocte seq̃nte: tertia aũt dñica cũ nocte ꝑcedente. Sed ꝑmũ est melius.

Et nota ꝑm Chr̃ysꝰ. q̃ chr̃s nõ dixit se resurrectuꝝ manifeste: qr eum verisimilẽt: sz occulte: vt crederẽt q̃s ꝑsciuit credituros. Et nõ dixit in terra sed in corde terre: vt z sepulcrũ ostendat: z nullus sotia mortis apparentiã suspicet. Sed z tres dies ꝑpter idem posuit. Jn hac parte ẽt documentũ in sensu morali: q̃ si volumus aliquid obtinere a chr̃o oꝑtet cũ humilitate nõ cũ superbia postulare: neq̃ ad malũ finẽ sed ad bonũ Jacob. iij. Deus superbis resistit humilib⁹ aũt dat gr̃am. i. rem postulatã: z gratiose exhibitã. Est z aliud.

Nam q̃ntũ ex hoc euãgelio colligit̃ tria sunt genera maloꝝ. Primi sunt curiosi q̃ nec crederẽ nec ꝟuerti volũt nisi videãt signa quia ꝟsiderare deberẽt q̃ miracula chr̃i z apostoloꝝ ipi vident si volunt in effectu suo: qui est mũdi ꝟuersio z sedes Petri subiugatio Rome: reliquie z tẽpla sanctoꝝ: sepulcrũ dñi: z hmõi: z q̃ nõ debent modo fieri eadẽ miracula: qr fides iaz est plantata z roborata: nõ aũt ꝓpter chr̃isti. Secũdi sunt duri q̃ non volunt ꝟuerti ꝑpter efficaciam dñice mortis: qđ notat̃ cũ datur signuz de chr̃isti sepultura in corde terre. Jsti sunt duriores petris: que passionis tempore scisse sunt. Nec silr volũt cõuerti ꝓpter verba dei vt niniuite: sed ea fastidiunt. Nec ꝓpter odorẽ fame chr̃i: vt regina austri ꝓpter famã Salomonis. Hic aũt odor chr̃i in scripturis assimilat̃ odori cedri qui fugat serpentes: z est odor sue paupratis: qui deberet fugare serpentes terrã comedẽtes. i. mor⁹ auaricie ex odore myrrhe q̃ fugat vermes: z est odor sue humilitatis q̃ debet fugare motus superbie: q̃ corrodunt omnia interiora aie merita. ex odore vinee q̃ fugat bufones Et ẽ odor sue puritatis q̃ debet fugare motus luxurie. Bufones em̃ ad litterã dicuntur sepe nasci de genitalib⁹ mortuoꝝ. Tertij sunt sepe reciduãtes: qđ notat̃ cũ dicitur: Cum immũdus ꝛc̃. Sed caueãt isti malum finem. s. ne fiant nouissima ꝛc̃.

Quantū ad scōm sciendum est: q̄ chr̄s cōparat iudeos niniuitis: z cōminat eis: qz erat in breui casuri nisi peniterēt. Sed ne aliqs crederet q̄ peniterēt sic niniuite audito Jona: ita isti visa chr̄i resurrectione: Jō p̄m Chrys. subdit (Viri niniuite surgent in iudicio). i. in die iudicij: vel in iudicio. i. ad iudiciū siue vt iudicent (cū generatiōe ista) Et q̄ ptz p̄m Remig. q̄ nō solū boni: sed etiā mali resurgēt z simul. i. in eodē tpe resurgēt ꝓtra quosdā hereticos q̄ dixerūt vnā esse bonoꝝ z aliā maloꝝ resurrectionē. Et sic̄r p̄m eū hic excludit iudeoꝝ errorē: q̄ ꝓsueuerūt dicere q̄ ante diē iudicij celebrabit resurrectio z q̄ reedificabit hierl̄m. Et sic̄r p̄m san. Tho. errorē millenariorum. i. eoꝝ q̄ dixerūt iustos z martyres p̄ mille annos añ iudicij surrecturos: qz iusti niniuite surgent cū generatione ista iniusta. (Et ꝓdemnabunt eā) p̄m Hiero. nō sm̄ potestate: sed cōparatiōis exemplo. Vnā sequit. (Quia penitētiā egerunt in p̄dicatōe Jone) cū tamē essent ipi pus infideles: z ille. i. Jonas: vt ōt Remig. simplici voce sine attestatōe signorū loquerek: z tm̄modo trib⁹ diebꝫ p̄dicasset. Isti aūt nō penitēt q̄ sunt pplꝰ dei visis tot miraculis: z auditis tot p̄monib⁹: z p̄sente tāto viro: imo z deo. (nā ecce plus q̄ Jona). i. plus q̄ homo (hic). i. in isto loco p̄m Hiero. qz ly hic vt dicit nō est pnomen sed aduerbiuz loci. Deinde adducit saluator aliud exemplū q̄ magz vrget di. (Regina austri). i. regina saba cuiꝰ regnū est in parte australi respectu hierl̄m (surget in iudicio cū generatiōe ista z ꝓde. eā qz ve. a fi. ter. au. sap. sal. z ecce plus q̄ sa. hic) Istud plus fuit q̄ factū niniuitaꝝ: vt dicit Chrys. qz Jonas iuit ad eos: ista āt venit mulier barbara z remota: nō formidans mortē cupiditate sapiētie. Et sic dicit Hiero. in hac regina z niniuitis: fides nationū p̄ferk israeli. Et qz isti fuerūt nequā: ideo subiūgit pena. i. excecatio z possessio a diabolo. Ad cuius euidentiam sciendū est q̄ circa istū textū ō exitu spūs imundi sunt due opiniones: vt testat bea. Tho. sup Matth. Una est beati Hiero. q̄ hic nō sit cōparatio inter diuersas res gestas: sed soluz q̄ chr̄s narret q̄d iudeis acciderit z q̄d futuꝝ esset: z hoc nō: ponēdo exemplū ex re gesta sed ex parabola. i. ex re que fuisse potuit quā tamē nō est necesse fuisse. Alia est Aug. z aliorum multoꝝ q̄ hic adducat exēplū ex re gesta: z sit cōparatio diuersaꝝ rerum gestaꝝ vel gerendarū. Scōz p̄mā ergo viam exponit sic: (cū spūs immūdus exierit ab homie). i. pplo iudaico qui nomie hominis hic signatur. Vnā potestas diaboli fuit electa ab eo q̄n legem suscepit: p̄m Hiero. qz lex demonū cultū destruebat. (tunc) p̄m eum (ambulat p̄ loca arida). i. gentiliū corda: q̄ p̄m Remig. arida erāt ab humore gr̄e z salutaris aque. i. scripture. Et ista diabolus plenius abinde possedit (querens requiem) In his em̄ q̄siuit requiē: p̄m Remig. q̄ putauit se in gentili pplo ꝑpetuā habere q̄etē vel si hoc nō putauit saltē apperijt z pcauit (z non inuenit (sed inde fuit repulsus p̄m Hiero. z Remig. quādo ad p̄dicationem apostoloꝝ gentes abiecta demonuz cultura dñi o crediderūt (Et tūc dicit Reuertar in domū meā vnde exiui.) id est in gentē iudaicā p̄m eosdē Hiero. z Remig. quia. s. credētib⁹ gentilib⁹ infideles remanserunt iudei: z ad eos regressum parauit spūs immūdus. (z veniens inuenit eā vacantē) id est vacuā fide z bonis op̄ib⁹. Vl p̄m Hieron. quia carebat chr̄o hospite z angeloꝝ p̄sidio dicentiū: Surgite eamus hinc. Sicut em̄ Josephus testat: sacerdotes post chr̄i mortē nocte in templo audierunt strepitum: deinde voces dicentium. Transeamus ab his sedibus. quas voces Hiero. hic angeloꝝ esse testat (Scopis id est superfluis z exterioribꝫ obseruationibus leg̃ z traditiōib⁹ phariseoꝝ p̄m Hiero. (mundatā z ornatam) exterius (Tunc vadit z assumit septē alios spūs nequiores se). i. assumit vniuersitatē vicioꝝ (z ingressi habitāt ibi) possidētes gentē illā (z fiūt nouissima hois illius). i. gentis vl pli huius (peioza prioribꝫ) quia sunt in peiori statu q̄ ante legē data. Hiero. Multo nunc maiore demonū numero possidentur: blasphemantes in synagogis suis Jesum chr̄istum: q̄ in egypto possessi fuerant ante legis noticiam: quia aliō est venturum esse non credere: aliud non suscepisse qui ve-

nerit. Septenarium autem numerus ad tunctū diabolo vel ꝓpter sabbatū intellige ve ꝓpter numeꝝ spiritussancti. Hec ille. Qui videk velle q ꝥdo dicunk assumi. vij. spiritꝰ: qꝛ iudei superstitiose obseruant diez septimū. Vel qꝛ septē sunt dona spūssancti: quib⁹ aduersank illa extinguēdo si possūt. Vel ſm alios vt designek vniuersitas vicioꝝ: quia septenarius est numerus vniuersitatis tpis. Dicunk aūt isti spūs neḡores ſm Beḋ. rōne effectꝰ: quia. ſ. grauiora sunt peccata seqntia q̄ prioꝛa Et idem videk dicere Grego. sup illud Job. xxxix. Procul odoꝛak bellū (sic erit). i. sic eueniet sicut dictū est (z generationi huic pessime) Erit inq̄ ꝓfecto realik sic ficticie accidit hoi de q̄ cōposita est parabola. Sed exponēdo ſm aliā viam: q̄dam vt testak Hieronym. istū locū ō hereticis dictū putāt: q̄ immūdꝰ spūs q̄ in eis aliqñ habitauerat qñ gentiles erāt: ad ꝓfessionē vere fidei eiciatur: postea ꝓo cū se ad heresim transtulerint: z simulatis virtutib⁹ ornauerint: i domū suā: tūc alijs. vij. nequā spiritib⁹ aditū ctis: reuertak ad eos diabolus z habitet i illis: fiantq̄ nouissima eoꝝ peiora ꝓrib⁹. Multo quidem peioꝛi cōditione sūt heretici q̄ gentiles: quia in illis spes fidei: z in istis est pugna discoꝛdie. Hec ille. Sed ⁊tra hoc arguit idē Hieronym. qꝛ ex eo qō sequk: Sic erit z generationi huic pessime: cōpellimur ñ ad hereticos sed ad iudeos referre pabolam. Ad hoc dicik q̄ vel⁹ concluderet argumentū si essꝫ parabola: secꝰ si est res gesta in hereticis: quib⁹ assimilātur iudei. Sic eñ oꝛtet hoc intelligere de vtroq̄: non aūt de hereticis tm̄ vt forte q̄dam intelligebāt ⁊tra q̄s ꝓcedit argumētū. Scōz alios aūt puta Greg. z Rab. et Aug⁹. intelligik hoc nō de hereticis tm̄: sꝫ de q̄libet peꝛoꝛe a q̄ exit diabolꝰ in iustificatione. Et ambulat ꝑ loca arida. i. iustoꝝ coꝛda arida ab omni humoꝛe carnalis cōcupiscētie: sed nō inueniēs reḡem: redit ad illū ꝑ recidiuū: z inuenit talē aīam ſm Raba. vacantē ꝑ negligentiā. mundatā ꝑ pōrem iustificationē: z oꝛnatā simulatꝫ ꝓfectibus: z efficitur peioꝛ q̄ prius. Et ſm Aug. de consensu euang. hoc est: qꝛ nō solum habebit. vij. vicia capitalia vt prius: sedetiā ꝑ hypocrisim se simulabit habere virtutes oppositas: ideoq̄ dicunk. vij. spiritus neḡores assumpti. Sed ſm Chꝛyſ. intelligik hoc de eo a quo expellik diabolꝰ coꝛpaliter. qꝛ si talis efficiak segnioꝛ: grauioꝛe trahit aduersus se phantasiā. i. si meretur vt scōo diabolus inuadat eū: grauꝰ toꝛquēk In hac parte est documentum vt penitcat quilibꝫ vt minuite: z caueat iudeoꝝ recidiuū: quia cōsuetudinē facies in qua moꝛieris nisi q̄d magnū accidat. Greg. Tenēt male consuetudines quē semel ceperint: z non nisi cum peccatoꝛis vita finiuntur.

Quantū ad tertiū ponik confoꝛtatio et consolatio eoꝝ qui chꝛo adḡescunt: cū ꝺr: (Adhuc eo loquēte ad turbas ecce mater eius z fratres) Sicut dicit btūs Hieroñ. Heluidius hereticꝰ hic fuit erroꝛ fomētuz sumpsit: vt diꝛerit btām virginē pꝰ chꝛm alios filios habuisse ex Joseph: nō intelligens q̄ ſm scripturā q̄ttuoꝛ modis aliqui dicunk fratres. ſ. Natura: vt Jacobꝫ esau Gēte: vt oēs iudei. Cognatiōe: vt Abꝛaā z Loth de eadē familia existētes. z Affectu: vt oēs chꝛiani. Fuerunt ḡ isti frēs dñi ſm scōs cōsobꝛini chꝛi. i. filij soꝛoꝝ matrꝫ dñi: nō aūt filij Joseph ex Maria: neq̄ ex alia vꝛoꝛe melcavk elca noie: quam q̄dam fingunt: vt dicit Hiero. sectantes apocrypha (Stabant foꝛis q̄rentes loq̄ ei) Stabant inq̄ foꝛis ſm aliquos: quia nō poterant intrare ꝓe turba. Vel ſm Chꝛyſost. isti volebant humanū fauoꝛem captare ex eo q̄ tantus p̄dicatoꝛ et pꝛopheta ad eos ptineret z hoc notatur: quia potuissent ingredi et audire cum turba z expectare finem sermonis: et tamen extra eum vocāt coꝛā omnibus. Vbi aduertendum est: q̄ Chꝛyſ. nō solū hic sedetiā Joan. ij. vbi in nuptijs beata virgo inuitauit filiū vt miraculū in vino faceret notauit eaz de petō inanis glorie saltē venali: dicēs q̄ per filium volebat se reddere clarioꝛē. Sed sanctus Tho. iij. parte. q. xxvij. dicit q̄ excesit Chꝛyſ. in verbis illis q̄ntum ad virginem dūꝛaxat: quicquid fuerit ō fratribus eius. Unde scti cōiter tenēt q̄ nūq̄ venialiter peccauit. Quidā tamē tenēt aliud extremū: z nō solū sentiūt ꝺ Chꝛyſ. q̄ eā vo-

luit pccasse actualiē: sed tenent ꝫ Chrysꝰ. ⁊ oēs alios doctores scōs q̄ eā tenent nullo discrepante fuisse in originali concepta: ⁊ priuilegium chri. s. q̄ sol⁹ sit sine peccato ꝯceptus: ex q̄dā fatua deuotione volunt attribuere virgini. Restat ergo vt supueniāt aliq̄ dicētes q̄ fuerit ō spiritusancto cōcepta. Hoc em̄ videt sequi ad illud q̄ de chro dicit brūs Ambr⁹ vt refert August. iij. lib⁹ contra Julianū. Chris non aliter potuit ergs esse delicti: nisi ergs fuerit illi⁹ ꝯceptionis quā cōmixtio viri ⁊ mulieris opatur. Hec ille (Dixit aūt ei q̄dam) non ex simplicitate loquēdo ſm Hiero. sed insidiando: volens expiri si spirituale exercitium p̄dicationis ꝓpter affectū carnalē interrūperet (Ecce mater tu. ⁊ fra. tui foris stant q̄rentes te) Sed statim chris illū cōfutauit. Unde sequit (At ipse respōdens dicēti sibi ait: Quę est mater mea ⁊ q̄ sunt fratres mei:) Sicut aūt dicit Hil. in his verbis nō est fastidiose de matre sua sensisse existimand⁹: de qua tantā in cruce positus habuit curam: imo si voluisset negare matrē: vt ait Chrysꝰ. tūc negasset q̄n iudei exprobrabāt ei de matre dicētes Mar. c. vj. Nōne hic est faber ⁊ Marie filius: Nihil ergo aliud voluit dicere ſm Hiero. nisi q̄ spiritualia carnalib⁹ p̄ferebat. Unde subdit (⁊ extendens manum in discipl'os suos dicit Ecce mater mea ⁊ fratres mei) quasi dicc. Non cognatio sed deuotio mihi reddit aliquē ꝓpinquū. Ūñ subdit (qui cūq; em̄ fecerit voluntatē patris m. q̄ in celis est: ipe) ꝑ charitatē ⁊ amorē (me⁹ frater soror ⁊ mater est.) Est aūt notandū circa ista q̄ aliq̄s efficit mater vel frat' vel soror chri duplicit: Uno mō faciēdo dei voluntatem inquantū quilibet eorum diligitur affectu fraternali vel sororio vl' materno: Et alio mō habendo eandē nature cōformitatē cū eo: ꝓpter q̄ chris hoies fratres suos vocat dicēs: Narrabo nomē tuum fratrib⁹ meis in psalmo. Sed q̄ris q̄ frater ꝓmo modo iter hoies: est etiā scō modo: non econuerso: iō simpl'r frater dr. Ultraq; ait fraternitas sil'iuncta debz nobis p̄bere fiduciā i iudicio: iuxta illō Ber. ad chrm. Puto quia iam me spernere nō poteris: os ex ossib⁹ meis et caro de carne mea. Unde in iudicio demones videbunt eū vt iudicē punientē: angeli vt dñm possidentē: nos vt deū creātē: vt dñm ⁊ regem gubernantē: vt redēptorē redimētē: vt fratrem de nostro sanguine descēdentē. Prebebit etiā magnā felicitatē in regno. Insignum cui⁹ Joseph Beniamin fratri suo ex parte patris et matris dedit partē duplicem. Gen. xliij. Angeli em̄ sunt fratres christi ex parte patris celestis solū a q̄ imaginem habent dei. Nos aūt etiā ex parte matris: Ideo dabit nobis refectionē itellectus in deitate: et sensuū in humanitate, sed angelis nō dabit secūdū. In hac parte tangit Chrysꝰ. documentū dicēs: Ulte mulieres beatificauere sanctam ỹginē illam et eius vterꝫ: ⁊ optauerūt fieri tales matres. Quid est igitur q̄ p̄rohibeat: Ecce latam constituit vobis viam: ⁊ licz non mulieribus solum sed ⁊ viris fieri matrē dei Hec ille.

Feria q̄nta post dñicam pri/mā q̄dragesi. Lex euā. Joā. viij.

Dicebat Jesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos manseritis i sermōe meo vere discipuli mei eritis. Et cognoscetis veritatem: ⁊ veritas liberabit vos. Responderūt ei: Semen abrae sumus: ⁊ nemi seruiuimus vnq̄: Quō tu dicis: liberi eritis: Respondit eis Jesus. Amen amē dico vobis: q̄ omis qui facit peccatū seruus ē pcī. Seru⁹ aūtē nō manet in domo in eternū: filius manet in eternū: Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis: Scio q̄ filij abrae estis. Sed queritis me interficere: q̄ sermo meus non capit in vobis: Ego q̄ vidi apd patrē meū loquor: ⁊ vos quę vidistis apud patrē vestrū facitis. Responderūt ⁊ dixerūt ei. Pa/

ter noster Abraã ē. Dixit eis ie/sus: Si filij Abrae estis: opera abrae facite. Nūcāt qritz me in terficere: hoiem qveritatē locu tus sum vobis quā audiui a dō Hoc Abraã nō fecit: Vos faci/tis opa patris vestri. Dixerunt itaqz ei. Nos ex fornicatiōe nō sumus nati: vnū patrē habem9 deū. Dixit ergo eis Jesus. Si deus pater vester esset diligere tis vtiqz me. Ego enim ex deo pcessi z veni. Neqz em a mei/pso veni: sed ille me misit: qua/re loquelā meā nō cognoscitis: Quia non potestis audire ser/monē meū Vos ex pre diabolo estis. et desideria patris vestri vultis facere: Ille homicida e/rat ab initio: z in veritate non steterit: quia non est veritas in eo Cum loquit mendaciū ex pri/is loquit: quia mēdax est et pa/ter eius. Ego aūt qz veritatem dico nō creditis mihi.

Jcebat Jesus ad

D eos q̄ crediderī ei iudeos zc.) Joā. viij. In p̄senti euāgelio tangunt tria pūcta: que sunt: Magistralis admonitō: Curialis repbē sio: Finalis obiurgatio Quātū ad pmū chr̄s alios iudeos credētes in eū: z se tan q̄ discipl̄os chr̄i q̄dāmō gerentes magi/straliter seu paternalit admonuit: vt sta/rent in pitate seu in vera fidē. Vbi ad/uertendū est q̄ chr̄s multa docuerat in tē plo die q̄dā: z multi crediderunt ei. (Dice bat g̃ Jesus ad eos q̄ crediderūt ei iude/os) q̄ imp̄fecte crediderāt: fm Chrys. z cō firmatiōe indigebāt (si vos manseritis in mone meo). i. in fide quā ex meo mone pcepistis: ita q̄ neq̄ fallacijs hoim: neq̄ tentationib9 demonū inde moueami. Pri mo (vere discipuli mei eritis) Perfectū di scipulū faciūt tria: fm sā. Tho. sup Joā. s. Preparatio vel bona dispositio ad pcipi/endū pba magistri. z Assensus ad creden dū. z Stabilitas ad retinendū seu pseue/randū in doctrina m gr̄i: ita. s. q̄ nō facilē omi vento flectat. (Et) Scōo (cognosce/tis pitatē). i. meipm q̄ sum pitas: fm glo. Vel veritatē quā p fidē tenetis: fm Au/gu. qz que nūc credimus in via: visuri su/mus in patria. Vel fm s. Tho. cognosce/tis veritatē mee doctrine q̄ multis videt obscura: z mee gr̄e: que gratia dicit verit/tas cōparatiue ad figuras: z mee eterni/tatis. Juxta illō Ps. Jn eternū dñe pma net verbū tuū: in generatione z generati/onē veritas tua q̄ multis videtur obscura (Et) Tertio (pitas liberabit vos) Primo a terrore. Scōo a pctō fm Theo. z Ter/tio a morte z corruptibilitate z mutabili/tate fm Aug. z hoc inquantū ad patriā fi naliter ducit. Dicit aūt s. Tho. q̄ liberare hic nō importat ereptionē a quacūqz an/gustia, put sonat in latino: sed est libez fa/cere. Et hoc a trib9. s. Ab errore: p pitatē doctrine. z A pultate peccati p̄ pitatē gr̄e z A corruptione p pitatem eternitatis. Hec ille. Quia eternitas dicit veritatez: qz quantū aliq̄d pticipat de eternitate: tā tū pticipat de entitate siue existētia: z p̄se quenter tantū de veritate. Jnsinuat aūt chr̄s eos sine doctrina carere noticia veri tatis: z libertatis honore: de quib9 tū se p̄ cipue iactabāt. Erant em̄ serui peccatoz: z etiā in lege nō habebāt veritatē: sed figu rā. Verūtamen fm Chrys. Quen sentius fuisset eos p turbari: cū dixit: Cognoscetz veritatē: quasi tūc nō cognoscerent: q̄ cū dixit: Veritas liberabit vos: Q̄ nō fece/rūt: qz plus de minoribus curabāt. s. de mū dana pultate quā solā nouerāt: q̄ ō ignō rando veritatem. Vñ irati vel indignati (Rñderunt ei iudei) illi. s. q̄ pus credide/rant fm Chrys. vt fm Aug. alij de turba q̄ nondū crediderāt (Semen Abrae su/mus) Est aūt notandū fm Chrys. q̄ q̄ in se nihil habēt p̄clarz: de parentib9 gloriā/ank. Vñ iste sunt gloriatiōes iudeoz: se/men Abrae sumus: israelite sum9: z hmōi His aūt similes sunt q̄ inaniter gloriātur de nobilitate parentum: z in se sunt viles. (Et nemini seruiuimus vnq̄). Et in hoc

ostenḋūt ꝑm ſ.Tho. ſe eſſe hebetes ⁊ rudes. qz dictū de futute ſpūali intelligunt de carnali: ⁊ mēdaces: qz ſeruꝰ erāt romanoꝝ. Aug. Scḋz huiꝰ tpis libertatē: quō vexꝝ dixiſtis? Joſeph nō eſt venundatus: Prophete ſcī nō ſunt in captiuitatē ducti O ingrati q̄d eſt q̄ deꝰ vobis aſſidue imputat: q̄ vos de domo fututis liberauerit ſi nemi futuiſtis. Jos ꝓūt q̄ loqmini quō tributa ſoluebatis romanis: ſi nemini futuiſtis? Hec ille. (Quō g̃ tu dicis: liberi eritis? Rñdit eis ieſus) oñdens q̄ nō de carnali ſed de ſpūali loqbat futute a qua nō niſi q̄ ipm poterāt liberari. (Amē amen dico vobis) ꝑm Aug. eſt q̄ſi iuramētū iſte loq̄ndi modus. Amen em vt ait hebraicū eſt: ⁊ interꝑtat: vere vel fiat: ſed neq̄ grecus neq̄ latinus iterpres eſt ausus interꝑtari: vt honorē haberet velamento ſecreti. Nō tñ eſt iuramētū: qz chḋs nō ita freq̄ntaſſet talē modū loq̄ndi. Senſ natur aūt ad maiorē animi excitationē: (qz oīs q̄ facit pctm̄). i. q̄ cōmittit vel omittit: quia omiſſio ad cōmiſſionē reducit: (ſeruus eſt pcti) Seruꝰ aūt ⁊ liber differūt ꝑm pbm: qz liber mouet motu ꝓꝓio: ſuus aūt alieno. Quō g̃ hō dicit ſuꝰ pcti: cū poſt pctm̄ adhuc habeat libertꝝ arbitriū ⁊ motū ꝓꝓium? Ad hoc dicit ſā. Tho. vbi ſuꝑ: q̄ hoc eſt ꝓpter duo. Primo qz hō peccās nō mouet motu ꝓꝓio hois inq̄ntū hō eſt. i. rectus rōne. ſed motu alieno. i. ſenſualitatꝫ: ⁊ q̄nto minus q̄s motu rōis ꝓticipat: tanto magis eſt ſeruꝰ pcti. Secḋo qz admiſſo pctō hō nō pōt ſe a pctō liberare: niſi q̄ auxiliū gr̃e: iō q̄ ad hoc nō eſt liber arbitrij (ſeruus aūt ſpūalis). i. peccatoꝝ nō manet id eſt nō habet ius manendi in domo. i. in eccl̄ia vel in ſocietate ſctoꝝ: ꝑm. ſ. Tho. et alios (in eternū) etſi aliq̄n ibi ſit ad tps vñ tandē ſine veſte nuptiali deꝓhenſus in tenebras exteriores recludit (Filius aūt naturalis). i. chḋs (manet). i. habz ius manēdi tanq̄ dñs oim (in eternū) qz ſine pctō ē ⁊ ꝓq̄nter pōt ipe ſolus alios a pctō liberare (ſi g̃ vos filius liberauerit: vere liberi eritis) Aug. de verbis dñi. Nō a barbarꝫ ſed a diabolo: nō a corꝑis captiuitate ſed ab anie iniq̄tate. Hec ille. In hac ꝓte eſt documentū in ſenſu litterali: qō tāgit August. dicēs: O miſerabilis pcti ſeruitus? Seruus bois aliq̄n ſui dñi duris impeꝝijs fatigatꝰ fugiēdo reḋeſcit: ſeruus pcti q̄ fugit: ſequit em hūc q̄cūq̄ fugerit. Peccatū em qō facis intus eſt: voluntas trāſiit: pctm̄ nō trāſit. Preterit qō delectabat: remanſit qō pungat. Hec ille. Et intellige q̄ pctm̄ manet q̄ ad reatū pene tranſeūte actu q̄ eſt pctm̄: ⁊ manet q̄ ad effectū q̄ eſt deordinatio ⁊ mala inclinatio virium anie: ⁊ vermis ac remorſus ꝭſcientie. Juxta illud Aug. Juſſiſti dñe ⁊ ita eſt. vt ſibi ꝓpi ſit pena inordinatus animus.

Quantū ad ſcām ſciēdū eſt: q̄ qz forte iſti potuiſſent dicere: nos ſine pctō ſumus iō nō ſumꝰ ſerui ſpūali futute. H chḋs vult excludere. Vñ curialit ⁊ gratioſe eos reḋēdit: oñdēs q̄ pctōres erāt: iō ōr: (Scio q̄ filij Abrae eſtꝫ) Augu. Carnis origine: nō cordis fide. ideo ſubdit (ſed q̄rītis me) innocentē (interficere) iniuſte: ⁊ iō fui eſtꝫ pcti. Sed quō credebāt in eū: ſi eū volebāt occidere? Rñdet Chryſ. q̄ erāt ex cōuerſis facti puerſi. Vel vt dic Aug. chḋs multitudini loq̄bat: in q̄ erāt q̄dā credentes ⁊ q̄dā nō: q̄ iſta ꝓpetrare cogitabant. Et cā ſubdit (qz ſermo meus non capit in vobis). i. nō capit. Augꝰ. i. nō capit in corveſtꝝ: qz nō recipit a corde vro. Sic ei eſt ſermo dei fideliḋ tanq̄ piſci hamus: tūc capit q̄n capit. Nec fit iniuria illis q̄ capiunt: Ad ſalutē q̄ ꝓpe nō ad ꝓnicīē captunt Hec ille. Vel non capit ꝑm ſ. Tho. id eſt nō ꝓgruit. Juxta illud Lu. xiij. Nō capit ꝓphām gīre extra hierm. Et cā huiꝰ ꝑm Chryſ. erat altitudo doctrine quā illi tanq̄ rudes cape nō poterant. ⁊ ex hoc tanq̄ blaſphemū volebant occidere illū. Sz qz potuiſſent dicere: tu iſta finxiſti q̄ ꝑdicas ſeq̄t (Ego qō vidi apō patrē meū). i. deū patrē: q̄ filio oēm noticiā cōicauit añ ſecla (loq̄r) Vñ ñ ſolū audita ſz etiā viſa loq̄r (⁊ vos qō vidiſtis apō pzem vrm). i. diabolū: quē tñ nō noiat: qz curialit loquit: apō quē iudei viderūt ocḋo fidei ⁊ expientia teſte eē oēm iniuſticiā: cū ſp illū ꝓpm̄ ꝓcauerit ad ſctōz inſecutiōez (facitꝫ). ſ. volūtate: facturi etiā ope qñ venerit hora mea ꝑm Chryſ. alia littera habz (Et vos q̄ vidiſtis apō patrē facite). i. ſeruate legē ⁊ p̄

phetaꝝ monita q̄ per eos de⁹ est locut⁹: t q eos vos audistis a deo. Sed prima sa magis ꝟsonat seq̄ntib⁹ cū ō: (Rñderūt et dixerunt ei) Quia em̄ dñs eos arguerat q facerēt mala opa ꝓpis sui: intelligēs de diabolo. Jp̄i ſm Aug⁹. iterato gliant ō patre abraam: vt inducant eum ad aliq̄d dicendū ꝟtra abraā: t ꝟnr habeant occasionem faciendi q̄ cogitabant: Un̄ dicunt: (Pater noster abraā est) q̄si dicerēt Quid vis dicere de illo? Sz ipe laudauit abraā t ostēdit illos esse degeneres dicēs (Si filij abrae est⁹: opa abrae facite) q̄si diceret: Nō estis filij abrae sicut nec⁹ opa eius facitis, quia illa ſm Chr̄yſ. fuerunt: Fides: obedientia: mansuetudo: Uestra aūt sunt: Jnfidelitas: impietas: et crudelitas. Nō tenemur aūt ſm s. Tho. facere oia opera abrae ſm speciē opis: q: duxit plures vxores: sed ſm radicē ope⁹ ei⁹: q̄ē charitas: ex qua oīa fecit: oīa debem⁹ imitari.

Sed ꝟtra: q: sup̄ dixit (scio q: filij ꝛc̄.) Ad hoc dicit ꝓmo ſm Aug⁹. q id q̄ō supra dñs affirmauit de carnali ꝓpagine h̄ negat hic de spirituali q̄ est p imitationez: ſm quam isti nō erant abrae filij. Dicitur Sc̄do q ſm Orig. in greco dicit: q semē abrae estis. Semē aūt vt idē dicit ē quid impfectū habēs naturā generantis solū in potētia: filius aūt est q̄d pfectū habens illā in actu. Erāt g̃ semē abrae: q: aliq̄liter retinebant aliquā rōnem eo⁹ q̄ deus infuderat abrae. Credebāt em̄ ex abraā ꝓcessurū semen benedictiōis. Sz nō erāt filij q̄ non puenerāt ad pfectā similitudinē ei⁹. Nā habētes ipm̄ b̄ndictionis semen ante oculos: illud nō agnoscebāt (Nunc aūt q̄ritis me interficere hoiem) q̄ō ideo ꝟz sctm Tho. dicit t nō filiū dei, quia si cognouissent nunq̄ dñm glorie crucifixissēt. Et ne dicat q hoc meruerat sequit. (Qui veritatē locut⁹ sum vob) hāc. s. ꝓitatē ꝟz Chr̄yſ. q esset ꝓi eḡis: ꝓpter quā voluerūt occidere illū (quā audiui a deo) p scientiā inditam t bām inq̄ntum hō sum: t p diuinaz quā inq̄ntum deus accepi a patre cōicante mihi illā. Hoc em̄ accipe metaphorice est audire. Ex his patz q dñs p veritate docenda sit passus. Duo em̄ docuit ex q̄b isti sunt moti, s. suā deitatē: Unde Joā. v. dicit: q voluerūt eū interficere: quia p̄ez suū dicebat deū: t iniq̄tatē scribaꝝ t pharisęoꝝ quā acriter reꝑhēdebat (h̄ abraam nō fecit) quia nunq̄ occidere q̄siuit inocētem: nisi deo iubente vt imolaret Jsaac. (Vos facitis opa patris vestri). i. diaboli quem tacet rōne p̄dicta. Jn hac parte ē documentū litterale: q si volum⁹ puenire ad sinū abrae. i. vitā eternā: debemus esse eius filij imitādo virtutes ei⁹: ꝟs Amb. lib. ō offi. enarrat dicēs. Abraā fide ꝑm⁹ iustitia p̄cipu⁹: in prelio strenu⁹: i victoria ñ auar⁹: domi hospitalis: vxori sedul⁹. hec ille. Est t aliud morale scz q q̄ vult esse magnus coram deo: sit paruus coram sez conuerso. Jn cuius signum isti dixerunt se habere libertatem ꝓpagationis que est ex patre libero dicentes abraam p̄ez suū t libertatē que causat ex animi virtute: cū dicūt: Nemini seruiuim⁹ unq̄: q̄si dicant hoc esse rōne sue magnanimitatis t virtutis: t libertatē diuine filiatiōis t adoptionis dicētes: Unū p̄rem habem⁹ deum: sz oñdit chr̄s nullā haꝝ eos hr̄e. Nō q̄dem ꝑmā: q: ab abraā degenerauerāt: ñ imitādo opa eius. Nā ille dei p̄cepto voluit filium imolare. t isti cōtra dei p̄ceptum chr̄istum occidere Ille obediuit dicēti: Egredere ꝛc̄. Gen̄. xij. isti non capiebant verbū chr̄isti: nec ab eo capiebant. Ille credidit deo dicēti: Semini tuo dabo terrā hanc. Gen̄. xij. isti chr̄m veritatē dicentem occidere volebant. Nec secundā: quia erāt serui peccati. Nec tertiā: quia diligerent filiū dei: si deus esset pater eoꝝ. Unde quidaz sanctus pater requisitus quomō eēt orandum: pauper inq̄t me docuerunt qui elemosynā p̄erēt: non robur sed plagas et infirmitates p̄tendūt. quasi diceret: Qui aliquid vult obtinere a deo: coram eo recognoscat t confiteat infirma sua.

Quantū ad tertiū post⁹ vidit dominus q sua curialis reprehensio non prodesset: finaliter fortius adhibuit medicamen: id est apertam obiurgationē. Dicitur ergo: (Nos ex formicatōe) id est idolatria seu ex parentibus idolatris ſm Augustū. (non sumus nati) Jam em̄ intelligūt q chr̄ius de carnali gñatione nō loq̄t (Unū p̄ez habemus deū) Ubi ſm Chr̄yſ. admiranda ē iu

deoꝝ sultricia. Nã ipsi dicũt deũ suũ pẽm esse. ⁊ qñ chr̃s idem vult de se dicere: vo/lũt euz tanq̃ blasphemũ lapidare. Dicũt aũt deũ suũ esse patrez ꝑm aliquos: vt p/uocẽt eũ ad aliq̃d dicẽdũ cõtra deũ: ⁊ ꝑse quenſ occidãt. (Dicit g̃ eis Ihesus: Si de⁹ pater vester esset) p gr̃am adoptiõis (dili geretis vtiq̃ me) quia signũ infallibile ta/lis filiatõis est charitatiua⁹ dilectio ad ꝓxi mũ: ⁊ multo magis ad ver̃ deũ: cuiusmo/di erat chr̃s (Ego em̃ ex deo) patre (proces si) per eternam generationez in identitate nature ⁊ distinctiõe p̃sone (⁊ veni) per tem porale incarnationẽ ꝑm Aug⁹. (Nec̃ em̃ a meipo veni) ꝓpria. s. ⁊ singulari auctoritа te: quia inq̃ntuz de⁹ non sum sine genitore ⁊ mittẽte: ⁊ inq̃tũ homo non sũ sine mit/tente. Est aũt aduertendũ ex doctria sã/cti Tho. j. di. xiij. q. ad missionẽ tẽporalẽ diuine p̃sone duo req̃runk. ꝓmũ scz q. p̃so na missa sit ab aliquo: ideo pater vel trini tas nõ mittit. Scõm q. p nouũ effectũ sit in creatura. Ad hoc aũt q. vna p̃sona mit tat aliã/nõ oportet q. sit principiũ eius: sz sufficit q. sit causa illi⁹ effect⁹ ꝑm quem fit missio. Et ideo eadẽ p̃sona potest seipam mittere: dũmodo sit ab alio. Fili⁹ ergo dei misit se ⁊ venit: sed nõ venit a seipo. i. ꝓpa auctoritate quasi null⁹ eũ miserit: sz aucto ritate sua ⁊ patris ⁊ spũssancti: q. tota tri nitas opata est illũ effectũ ꝑm quẽ venit. i. incarnationẽ. ⁊ vltra hoc pater specialiter est ei principiũ essendi. Sed q. potuissent dicere: nos nõ credim⁹ q. sis a deo miss⁹: quia hoc nõ ꝓbas: oñdit q. ex doctria po/tuissent eũ cognoscere/ dicẽs (Quare lo/quã mea nõ cognoscitis;). i. modũ ⁊ effica ciam ⁊ rationabilitatẽ doctrine mee. Nõ em̃ doceo nisi p̃sona rõni ⁊ honestati ⁊ p/phetis: ⁊ que dico/miraculis ⁊ prodigiis affirmo sed vos nõ aduertitz (quia nõ po/testis audire). i. scrutari/examinare ⁊ fer re ad dicta ꝓphar̃: (sermonẽ meũ) ex odio ⁊ supbia ⁊ mala volũtate. Vl' ꝑm Augu. quia nõ vultz corrigi iuxta normã mei ser monis: iõ illũ audire nõ potestz. Conse/quẽter ãt acrit̃ eos icrepat dicẽs (Vos ex p̃re diabolo estz) p imitationẽ/nõ originẽ: ⁊ exist̃imauerũt manichei ỏ q̃z opiniõe h̃ solum nũc dico q. crediderũt deũ esse con/ditor̃ inuisibiliũ: diabolum ꝙo visibilium Nam sequit (Et desideria patrz vr̃i vultz facere) et hoc est vnde erant filij diaboli vt dicit Aug⁹. (ille homicida erat ab initio) creatiõis mũdi: ex quo fuit homo q. possz occidi. Homicida inquã nõ ferro sed ꝙdo: vt ait Aug. Et nõ solũ adã/sed ⁊ totũ ge/nus humanũ ad mortem ꝓduxit: vt dicit Orig. (⁊ in veritate non steterit) Cũ em̃ sic dicit sctũs Tho. veritas sit duplex. s. ois vt cũ vera dicunk. ⁊ opis: vt cum fiunt cõ/gruentia nature operatis: iuxta illud Joã nis. i. Qui facit veritatẽ venit ad lucez: diabol⁹ nõ steterit in ꝓma: q. mentitus est/ dicẽs: Eritis sicut dij Gen. iij. nec̃ etiã in scõa: q. nõ seruauit ordinẽ sue nature a deo ꝑfixũ: vt. s. esset p humilitatẽ ⁊ reuerentiã subditus deo. ⁊ ab eo gr̃iam ⁊ bñdictionẽ suã haberet. Et nota ꝑm eundẽ q. diabo/lũ nõ stetisse in veritate/dupliciter intelligit. Vno mõ quia nunq̃ fuit in veritate opis aut oris Et hoc ꝓmo: quia naturaliter ẽ ma lus. qõ est manicheoꝝ error. Deus em̃ fe cit celũ ⁊ terrã mare ⁊ oñia que in eis sũt vt dicit Ps̃. Oñis aũt creatura ỏi bona est. j. Tim. iij. Vel scõo: quia vt alij dixe rũt sz nõ natura sed volũtate sit malus: ta men semp fuit mal⁹: quia in ꝓmo instanti peccauit. Et hoc etiã vt dicit sctũs Tho. alibi/ putat hereticũ: ratio ẽ: quia opatio que consequit rem in ꝓmo ei⁹ instãti attri buit factori: sicut motus ignis sursum ge/neranti ignẽ. deus ergo essz causa peccati. Alio mõ intelligit: quia fuit q̃dem aliq̃n in ea: sed nõ ꝑmansit: quia in ꝓmo instan/ti sui eẽ habuit rectitudinẽ saltẽ naturalẽ: sz post mozulã stati declinauit ab ea p̃ pec catũ. De h̃ vide. j. p. q. lxiij. Sũt em̃ cir/ca h̃ mltẽ ⁊ subtiles disputatiões ⁊ opinio nes i sacra theologia: sz planior et iudicio meo verior ẽ q. in ꝓmo instãti sui eẽ habu it opatiõez naturalẽ: q. se cognouit ⁊ ama uit ⁊ deũ vt principiũ boni naturalis: que operatio fuit q̃dem meritoria: q. fuit assõ ciata gratia/sed nõ ꝑfecte: quia non fuit li bera. In secũdo ꝙo peccauit: ⁊ boni me/ruerũt. In tertio ãt illi fuerũt i gr̃ia: ⁊ isti in miseria. Nec est ꝓtra hoc qõ sctũs Tho mas videt dicere ⁊ dicit/q. si mal⁹ angel⁹ nõ peccasset in secũdo instãti: i eo accepis/

set beatitudinē quā meruerat i ꝑmo. z cō
sequenꝫ videt velle q illud meritū ꝑmi i-
stantꝫ fuit ꝓfectū: qz intēdit q i scdo ꝑsti-
eā accepisset in sua dispositiōe nēaria z in-
fallibili. i. i merito ꝓfecto qō habuissꝫ tūc
Et ideo sequit: (Et ꝟitas in eo nō est) qsi
diceret: Non dz non stare: qz vacillet z du-
bitet: nō tñ totaliter auertat a ꝟitate: sꝫ qz
sponte z totaliter auersus est. Est tñ in eo
aliq̄ veritas sicut z aliq̄ natura: sed non ē i
eo ꝟitas ordis q̄tū ad suā intētionē: quia z
si aliqñ veritatē dicit: tamē intēdit tandez
fallere. nec opis: qz oīe opꝰ eiꝰ est malū. i.
ad malū finē ordinatuz. Vel hoc dicit ad
ondendū q non solū cecidit: sed etiā q nō
surrexit vel perituit. Et qz non habet in se
veritatē opis: etiā caret veritate ordis q̄tū
est in se. Jō subdit (Cū loquit mēdaciū ex
ꝓꝓijs loquit) Vbi aduertendū ꝑm sanctū
Tho. q solꝰ deꝰ est ipa veritas z sapientia
essentialr: ois aūt veritas z sapiētia crea-
ture est ꝓticipata ex ꝑma. Jōo solus deꝰ
dicit veritatē ex ꝓꝓijs: oīis aūt creatura
ex ꝓticipatiōe diuine ꝟitatis veritatē cog-
noscit z loquit: ex ꝓꝓijs aūt loqtur mēda-
ciū. Vñ: Oīis homo mēdax: vt dic Ps.
scz ex se seu ex ꝓꝓijs. Licz aūt hō semp di-
cat mendaciū cū loquit ex ꝓꝓijs: tñ econ-
uerso: vt dicit sctus Tho. cū dic mendaci
um nō dic illud ex ꝓꝓijs: sꝫ aliqñ ℔ ab alio
accipit. i. ex diaboli suggestione. Vñ loqui
mēdaciū ex ꝓꝓijs attribuit diabolo ꝓnci-
paliter: quia fuit ꝑmꝰ mendax. oīes aūt
alij loquunt mēdaciū vel eius suggestiōe
vel eiꝰ imitatiōe. (Quia mēdax est) s. q ad
se (z pater) i. inuentor vl suggestor (eiꝰ) scz
mendaciꝫ q ad alios. Manichei aūt teste
sctō Tho. hoc male intelligētes z credētes
diabolū patrē esse mendacis. diaboli: po-
nunt demonū ad inuicē generationē. Sꝫ
intelligēdū est inquit pater eius .s. mēda
cij sui. Nō em ois q mentit est mēdacij pr:
ꝑm Aug. sed diabolꝰ est eius pr: qz primo
illud inuenit. Et qz supa oīderat eos fili
os esse diaboli: inq̄tū erat homicida: ostē
dit nūc idē inq̄tū erat mēdax: cum subdit
(Ego aūt q veritatē dico vobis: nō credi-
tis mihi) q̄si diceret: Jn hoc vos diaboli
filios ꝓbatis q improbatis ꝟitatē. Sꝫ si
crediderūt ei vt supa dictū est: quō dicit/
nō creditis mihi? Ad hoc dicit ꝙz Cꝰ: ꝙz
qz erāt puersi ꝑm August. ꝙo qz erāt alij de
turba. ꝑm Orig. ꝙo qz credebant aliq̄: pu
ta ea que videbant signoꝝ factoꝝ. sed aliq̄
nō credebāt: puta ꝓfunda que loquebat.
Jn hac ꝓte est documētū in sensu littera
li q sic imitatores dei dicūt filij dī: ita imi
tatores diaboli dicūt eiꝰ filij. z ꝓpr sic filij
dei dicunt dij: nō xta illud Ego dixi dij estꝭ
z filij excelsi oēs. ita filij diaboli dici possūt
diaboli. Augꝰ de q̄st. euāge. Diabolꝰ non
speciale est nomē: sꝫ cōe. Jn q̄cūq̄ em dia
boli opa fuerint inuēta: diabolꝰ est appel-
landꝰ. Opis em nomē est nō nature. Hec
ille. Est etiā aliud. s. audiēdi libenꝫ verbū
dei: qz sic dicit Amb. sup Beati imacula.
verbū dei habet triplicē ꝟtutē. s. inflāma-
tiuā: Hiere. xxiij. Nunq̄d nō ꝟba mea sūt
q̄si ignis ꝛc. Et illuminatiuā: Ps. Lucer
na pedib⁹ meis verbū tuū. Et mūdificati-
uā: Ezech. xxxvj. Effundā sup vos aquā
mundā ꝛc. Et vt ꝓtz in hoc euangelio ha
bet in nobis triplicē effectum. Primū qa
facē hoiem discipulū chī. Vñ dicit: Vere
discipuli ꝛc. Cuiꝰ discipulatꝰ signū est q̄-
tū ex euāgelijs hz: ꝑmo ipsa auditio verbi
dei. z scdo ipa resuitio triplicis amoꝝ il-
liciti. s. domestici q̄ ad parentes: carnalis q̄
ad alios: z terreni q̄ ad mūdana. z appeti-
tio amoris diuini. Et scōm qz facit cogno
scere ꝟitatē. Et qz vt dicit Aug. ꝟitas op
ponit falsitati: duplicitati z vanitati: facit
nos in mūdanis ista tria cognoscere. Sūt
em falsa: qz ꝓmittūt delectationē z dāt tā-
dē amaritudinē: z duplicia. i. mixta. s. gau
diū doloꝝ. Sapiētia obliuiōe ꝛc. z vana rō-
ne ꝑncipij: qz de nihilo. z medij: qz mutan
tur. z termini: qz cito deficiūt Et tertiū qz
facit animū libeꝝ in arguēdo z in nō pec-
cādo: qz ꝟitas inq̄t liberabit vos.

Feria sexta post dñicā primā in q̄dra. Text⁹ euāg. Joā v.

e Rat dies festꝰ iudeoꝝ z ascendit iesus hiero
solymā. Est aūt hiero solymis ꝓbatica pi-
scina: que cognominat hebraice

bethsaida: quinq; porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentiū: cecorū: claudorū: aridorū expectantiuz aque motū. Angelus autē dñi secundū tēpus descendebat in piscinam: et mouebat aquā. Et qui prior descendisset in piscinā post motionē aque sanus fiebat a quacunq; detinebat infirmitate. Erat aūt quidā homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hunc cum vidisset iesus iacentem et cognouisset quia multuz iaz tempus haberet: dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei lāguidus. Dñe hoiem non habeo: vt cuz turbata fuerit aqua mittat me in piscinā. Dum venio enim ego alius ante me descendit. Dicit ei iesus. Surge: tolle grabatū tuum et ambula. Et statim sanus factus est homo: et sustulit grabatū suū et ambulabat. Erat aūt sabbatum in illo die. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatū est: nō licet tibi tollere grabatū tuū. Respondit eis: Qui me sanum fecit: ille mihi dixit: tolle grabatū tuuz et ambula. Interrogauerūt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum et ambula? Is aūt qui sanus fuerat effectus nesciebat quis eēt. Jesus autē declinauit a turba constitutā in loco. Postea inuenit eum Jesus in templo: et dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid cōtingat. Abijt ille homo et nunciauit iudeis: quia iesus esset qui fecit eū sanū.

Erat dies festus iudeorū etc. Joā. v. In p̄senti euāgelio fit mētio d miraculo celebri qd saluator circa languidū q̄ndā exhibuit. Et circa h tāgūtur tria pūcta: que sunt Miraculi ꝓpatio/ miraculi ꝓpetratio/ et miraculi publicatio

Quantū ad pmū dicit (Erat dies festus iudeorū). i. pentecostes ſm Chryſ. et Da. hist. hoc nō sit certū (et accēdit iesus hierosolymā) ne viderek legi ꝓtrarij: et vt simplicē multitudinē; q̄ tunc maxime ꝓcurrit pasceret doctrina et miraculis: ſm Chryſ. (Erat aūt hierosolymis ꝑbatica). i. ouilis Grece em̄ ꝑbaton ſm Alcuinū latine dicit ouis. (piscina) p antiphrasim ſz. Magdist. q dr q collecta aq̄ pisces nō hns consueuerit dici piscina. Erat ār ſz sctm̄ Tho. ꝑpe templuz. ex aquis pluuialib⁹ collecta. In ista piscina ſm Alcuinū lauabant carnes quas deo offerēda: nō solū ouiū/ sz etiaz oim hostiaz. Et h intellige primo. Hā lauabant etiā sēdo i luteribus tēpli (Que cognominat hebraice bethsaida). i. domus ouium: eo q inter hostias notabiles oues magis frequentabant. Jdo em̄ ab ouib⁹ ꝑbatica. i. ouilis: et bethsaida. i. domus ouiū nūcupata est (quinq; porticus habēs) operata tecto ad loci cōmoditatē (In his porticibus iacebat multitudo magna languentiū: cecorū: claudorū: et aridorū expectantiū aque motū) vt hūc se in piscinā p̄cipitarēt; et causa subdit cū dr (Angelus aūt dñi ſm tēpus) determinatū et nō ꝓtinue: (descendebat in piscinā:) applicādo virtutē suam aq̄ vel alteri corpi ibi existēti: et vt credo inuisibiliter. Est aūt sciēdū q angelus caret q̄ntitate corporea/ cū sit spūs: et q̄r indiuisibilis est: et ex se ab oi loco separat⁹ et indepēdens. et iō pōt esse nusq̄. i. in nullo loco: sic intellectus dormientiz et nō somniantiz i nullo est obiecto: sed hn est angel⁹ i loco q̄n i eo opat. Donec aūt localiter solū q̄n suā virtutē applicat alicui corpi pmo: deide alteritā q ipe mot⁹ ei⁹ localis nihil est aliud q̄z diuerse ei⁹ opationes sibi inuicē succedentes: seu vicissitudo opationū sibi inuicē succedentiū. Et dupl'r mouet. Uno mō continue: sicut angel⁹ ducēs tobiā. et iste mot⁹

nō est hic imaginād⁹:sic̄ si indiuisibile(vt pūctus) fluat. nā realiter indiuisibile moueri nō pōt p se:vt pbat.vj.Phys. Sed dupl'r fit iste mot⁹. Uno mō:qz angel⁹ p accidēs mouet motō corpe cui est ꝟiūct⁹: sicut mouet ania nr̄a motis nob. Alio mō qz angel⁹ applicat ꝟtutē suaz alicui corpi: nō ꝑm vnū pūctū indiuisibile: sz ꝑm vnaz ptē ei⁹ diuisibilē:quā successiue relinqt:et successiue occupat altā equalē. Licz ei ipa ꝟtus angeli in se z ex parte angeli sit indiuisibilis:tn recipiunk ex pte obiecti diuisibil'r.i.applicak diuisibili:sic̄ z aia idiuisibil' applicak diuisibili corpi. Et iō ipa ꝟt⁹ diuisibil'r.i.i diuisibili susceptavel ei applicata ad illud cōpak sic̄ aliō corpus dicto diuisibili coextensum. Uñ stante tali corpe ipa pōt moueri vel angel⁹ ꝑm ipm vnā p tē deserēdo z aliā occupādo. Alio mō angelus mouek motu discreto composito ex pluribꝫ q̄z singulū est pars motus z non est mot⁹:sed taliū successio est mot⁹:vt cū nunc applicat se huic corpi :puta.a z sil' et semel relinquēs totū.a.applicat se corpi.b Iste em̄ applicatiōes sunt ꝓres motus:z successio eaz est motus:nō autē ipaz aliq̄ est motus. Est aūt angel⁹ vt dictū est i se absolut⁹ ab oñi loco:z pt cui vult se applicare ex oibꝫ corpib⁹: sic̄ cogitatio mea in se est absoluta ab oi obiecto: iō q̄z dū desino cogitare vnū possuz oē aliud qđ voluero cogitare:z appetit⁹ meus desinēs mouere vnū digitū/pt oēm aliū quē voluerit mouere. Et iō cū angelus relinqt.a.remanet q̄tū in se est absolut⁹ ab oi loco:z ꝟñr pōt se applicare.b.vel.c.vel.d.vt vult. Hic est q̄ ab extremo ad extremū pōt moueri nō trāseūdo mediū:z in vno instāti pōt esse i celo:in alio in terra seu in pbatica piscina. Hec doctrina est ō mēte scti Tho.j.p.q. liij.Quō aūt aia segata moueak vide i die pasce:z dñica.j.post trinit. (Et mouebak aq̄)vel ab angelo imediate vel ab angelo mediāte q̄dā ligno qđ ibi dicebak eē. Sic em̄ recitat Wgr̄ hist.q̄dā tradūt q̄ regina saba lignū viderit in domo salt⁹ libani in hierl'm:cū visitasset Salomonē:i q̄ ligno diuinitus cognouit suspēdēdū fore q̄ndā: ꝑ̄ cuius mortē interiret regnū iudeoz: z hoc ꝑm salomoni significauit cū abscessisset. Qđ salomon veriť:durabilitati rei ignī sui ꝟsulēs/ifodit lignū illō iuxta templū:vbi magna p̄cipitia replebat aggeribus. Sz ꝓcessu tp̄is facta est ibi piscina:z appropinq̄nte chr̄i tp̄e lignū illō diuinit⁹ ascēdit:vt esset in aq̄:z eo moto ab angelo/aqua mouebak. Unde āt iudei ex illo ligno crucē dñi fecerūt. Sz vt idē ait hoc nō est certū. Inu̇enīt em̄ historia sctē crucis q̄ Seth fili⁹ Ade ex p̄cepto p̄is iuit ad paradisum vñ fuerat eiectus:z petiit ab angelo custode oleū misericōie. Qui dedit illi tria grana ligni vetiti: q̄ plantauit sup sepulcrū Ade: z in tres ꝟgulas coaluerunt: q̄ postmodū coierūt in vnā arborē q̄ succisa fuit in edificiū tēpli: sz nunq̄z potuerit opi ꝟgruere. Semp em̄ q̄ntūcūq̄z varie trūcarek/aut plixior nimis aut brevis erat q̄z necesse foret. vñ tādē relicta est veluti inutilis in atrio tēpli. Ceperūt aūt hoies instinctu diuino lignū illud reuereri quapropť sacerdotes indignati ac veriti ne qua superstitiō idolatrie subrirek/,piecerūt illud in vicinā piscinā:z madefactuz aqua descēdit ad fundū:donec chr̄i tp̄is enatauit:z accidit vt supra. Sed neq̄z hoc certū habek q̄q̄z ꝓbabile fiat ex angeli descēsu z aque mirabili motiōe:necnō z sanationē infirmoz aliq̄d magni in illa piscina latuisse(Et q̄ poz descendisset in piscinā) p se vel ꝓiectus ab alio: (post motionem aque)etiā forte si iam cessasset aqua moueri (sanus fiebat a quacūq̄z detinebak infirmitate:)curabili vel incurabili p naturā. Causa aūt quare deus hoc mirabile p aquā operabak assignak a doctoribꝫ precipue a Chrysostomo. Voluit em̄ de⁹ homines assuefacere z iducere ad baptismū qui incipere debebat. Unde precesserunt multe figure:vtputa aqua que in lege purgabat immūdicias corporales: nō veras sed opinatas :que erant irregularitates q̄dam: puta eas que erāt a cadauere tacto vel lepra vel huiusmodi. Deide dedit expressiorem: vt aquam istam que lauaret corporis sordes z expelleret infirmitates eiusdē occulta quadā ꝟtute: sicut z baptismus ꝟtute occulta passionis chr̄i p aquā abluit anie sordes:z aliq̄n etiā cōfert corporalem sanitatē. Uerūtamē quia figura

tatē ꝓtōz esse ad mortē. Hec ille. Est ꝙo notādū ꝑ his q̄ vt elicit. ij. ij. q. lxxxij. ar. vij. ad tertiū: imo vt ibi expsse dr/ oz̄ones nr̄e nō habent efficaciam in ꝑscitz vt saluē/tur. s. sed solū in ꝑdestinatis. Et ido dicit j. Joā. v. Qui scit frēm suū peccare pctm̄ nō ad mortē: petat z dabit ei vita peccāti pctm̄ nō ad mortē zc. Sed q̄ reprobatos a ꝑdestinatis ḧ distinguere nō possumus: fm Aug. de cor. z gra. c̄ḡdiu viuūt oz̄onis suffragiū nullis subtrahendū ē. Hec ille. Dupliciter ergo scit aliq̄s peccare pctm̄ ad mortē. s. quia scitur dānatus: vl̄ q̄ scit p̄scitus ex reuelatōe dei: z neutro modo ꝑ eo oz̄ādū est. Q3 ergo videt sctūs Thomas ḧ dicere nō esse oz̄andū ꝓ peccante in spm̄ sctm̄. i. per finalē impniam: intelligē dum est: si sciat q̄ i tali impnia sit moritu/rus nō aliter: sicut. j. Re. xvj. dixit dñs samueli: Usq3q̄ tu luges saulē ego abie/cerim eū. Lugebat autē eum: q̄ nesciebat an deus illū cōminatorie vel diffinitiue re pulisset. Sed ꝓtra. quia videtur dñs eis p̄dicere suā dānationē: z ꝙsequēter cogit eos desp̄are. Ad hoc dicit dupliciter. Primo q̄ hoc nō fuit predictū fm Chrys. ab/solute: sed cōminatiue z cōditionaliter: si nō reliquissent ꝓpositū in quo erāt. Et sic itel ligitur illud Jone. iij. Adhuc. xl. dies z ni nive subuertet. Et sil̄r etiā cuicūq3 reuela ret q̄ esset dānand⁹: itelligeret fm sanctū Tho. ꝙditionaliter si mor⁹ret impenitens. Scōo fm sctm̄ Tho. q̄ dñs generalit loq̄ bat omnib⁹ non aūt alicui singularit: ideo oēs habebāt q̄dem timere: sed null⁹ de bebat desp̄are (quo ego vado) Sciat enim ad gl̄iam (vos nō potestis venire) non po terāt fm Chrys. vel quia non volebāt: vl̄ quia nō poterāt tales quales erāt Vl̄ fm sctm̄ Tho. z idē est: q̄ nolebāt: z q̄ impe/diebant a celesti gl̄ia: rōne ꝙtrarietatis ꝑ pter sua pcta: sicut z petr⁹ z q̄libet iustus viator rōne impfectiōis: q̄ scz erat pegri nus in carne: q̄ñ ei dictū ē Joā. xiij. Nō po tes me mō seq̄. Auditis autē his carnalit suxta suā ꝙsuetudinē: fm Aug. cogitauerūt (Dicebant g̃ iudei: Nunq̄d interficiet se/metipm̄: quia dicit/quo ego vado vos nō potestis venire) Hoc aūt dupl̄r exponitur Uno mō fz Aug. vt sine ratiōe loq̄renf: Vñ ait: Stulta verba z dino insipientia q̄d em̄: nō poterāt illi venire q̄ ipe premisz si interficeret semetipm̄: nunq̄d ipi nō erāt morituri. Ergo q̄ ego vado dixit: nō quo itur ad mortē: scz quo ipe ibat post mortē. Hec ille. Alio mō fz Orig. vt aliq̄ sint rō ne locuti. Quia em̄ scpture z p̄cipue Esa. xiij. dicūt q̄ chr̄s traderet aiam suā i mor/tē audierāt q̄ sua voluntate z ꝓpria ptāte chr̄i aia relinq̄ret corp⁹. Et q̄ suspicabā/tur q̄ chr̄s iste esset: hoc voluerūt illis ꝙ/bis significare: sed in dedec⁹ chr̄i non dixe runt: nunq̄d q̄ ipe voluerit/ei⁹ aia exbit: q̄ vtiq3 ipi facere nō poterāt: sed nunq̄d interficiet semetipm̄ (Et dicebat eis: vos ḧ deor̄sū estis). i. terrenā habetis originez: z sola terrena sapitis. vnde ꝙba mea spūa liter intelligenda semp carnaliter intelli/gitz (Ego de supnis sū). i. a patre quo ni/hil superi⁹: fm Aug. ideo sursuz vado ha bens celestē a patre originē: z hoc fz dei/tatē: a spūsctō aūt imo a tota trinitate fm humanitatē: z nō solū ea rōne q̄ omnis ere atura a deo est: sed etiam spūali rōne: q̄ il lud humanū corpus formatū nō fuit vt ce tera: sed sine viri semine de spūsancto: ido dicit de supnis in pl̄ali: quia pater z filius z spūssanct⁹ sūt plures supni adiective: fz vnus supnus substātiue. Si tamen dicat esse de solo patre: dicit de supnis sumpto plurali ꝑ singulari. Vel sumēdo totū ꝓ parte: quia de⁹ pater est q̄dem supn⁹ spi/ritus: sed cū eo etiā angeli dicunt supernī. Alia tamē littera habz de superius sum. Exponit aūt quō eēnt de deor̄sū/ dicens: (Vos de mundo hoc estis) quia post mū dum creati fuerant fm Bedam. Q̄ em̄ q̄ nō fuit factū in p̄incipio: est factū ꝑ ea que tūc facta sunt vel fm totū vel fm par tem. Vel q̄ habebāt mūdanas affectio/nes fm Chrys. (Ego nō sum de ḧ mūdo) q̄ ꝑ ipm̄ fact⁹ est mūd⁹ fm Bed. Vel q̄a nō habebat mūdanos affect⁹ fm Chrys.

Hic aūt duplex est cauēd⁹ error ex istis ꝙbis insurgēs. Prim⁹ est apollinarij: q̄ di xit q̄ corp⁹ dñi de celis fuit allatū. z idem sensit Valētin⁹. Secund⁹ ē manicheoz̄: q̄ dicūt duas esse creationes: vnā boni di: q̄ invisibilia creauit. Alterā diaboli: q̄ cre auit visibilia. Vñ dixerūt chr̄m nō habu/

isse verā carnē: ne videret aliq̄d hūe a diabolo creatore visibiliū: sed phātasticā: nec vere comedisse aut bibisse: sz apparentē. Ad.

Contra pmū errorē arguit: qz eodē mō apli habuisset celestia corpa: vt ōt Theo. qz de eis dicit Joā. xv. Vos nō estis ō h mūdo. Cōtra scōm arguit ex. j. ca. Gen, vbi narrant visibilia esse a deo creata. Ad motiuum aūt eoz dicit sctūs Thom. et ē mens Theo. q in scripturis esse de h mūdo aliqs dicit dupl'r. Uno mō qz hz mundanā originē. Alio mō qz habet mūdanā affectionē. Primo mō fe fuit de h mūdo chūs inquantū hōr q̄ntū ad originē passi nā siue maternā: qz originē de fgine trahit. Nō autē scōo mō neq̄ chūs neq̄ aliqs sanct⁹. Nihil em̄ scti amat in mundo sicvl timū finem: imo dicunt nō eē in mūdo isto modo: qz nostra conuersatio in cel' est Phil. iij. Neq̄ in carne: qz q̄ in carne sūt: deo placere nō possunt: Ro. viij. Vl' aliter ōr: quia chūs fm duplicē suā naturā. s. diuinam et humanā: duplicē habuit originē. s. a patre celesti z a matre: sed qz mater sola non potuit generare: sed necessaria fuit virtus spūs sancti: ideo fm vtrāq̄ originem chūs fuit de supnis saltē q̄ntū ad pncipiū effectiuuz qz qđ actiue facit in aliis homib⁹ sperma masculinū: hoc fecit in chūsto spūssanct⁹ (Dixi ergo vobis: qz moriemini in petis vestris) in plurali: qz infidelitate vl' morti chūsti addiderunt multas alias iniq̄tates Et ne illi q̄ ibi erāt postmoduz crederent desperaret: addidit fm Chūm. (Si em̄ n̄ crediderit is qz ego sum). s. p essentiā: q̄ ē ipm esse primū qđ est de⁹. Creature em̄ nō sūt p suā essentiā: sed p esse supadditū essētie z participatū. Per hoc etiā q dicit sum/ z n̄ fuit: ostēdit suā eternitatē: q̄ Aug. ostēdit exēplo ignis: q̄ nō pōt esse sine splēdore: vt virgulti nascenti z sup ripā aque: qđ nō possz esse sine imagine: z sic nec de⁹ pater sine suo vbo: alioq̄n nihil intelligeret (Do riemini in pcō vō) p excellentiā dico. i. in infidelitate vīa: vel in scelere mee mortis: quā ex infidelitate cogitatis. In hac parte est morale documentū q multi tarde q̄rūt chūm: z ideo nō inuemūt: qz iusto dei iudicio permittit q pfecte nō querāt. Unde Greg. Qui nō vult cū potuerit: iustū ē vt infligat ei nō posse cum voluerit. Hec ille Et intēdit q cū nō possim⁹ sine dei auxilio pfecte q̄rere deū: aliq̄n de⁹ nō vult illō auxiliū dare z dicit infligere non posse: qz scz nō dat posse. Si tū q̄s pfecte vellet: tū posset: qz velle benefacere nō solū est posse sed etiā est facere bene. Aliq̄ tū volēt bene facere nō possūt: qz nō pfecte volūt nec possunt pfecte velle: supposita sua indispositiōe z diuina desertiōe. Est z aliō: quia iceditis p viā ptrariā vie chūsti: vt isti in dei: quo ipe vadit ire nō possunt: nisi viam mutet. Fuit aūt chūs p viam humilitatis z paupertatis z puritatis z obediētie z patientie z oim vtutum.

Quantū ad scōm ponit interrogatio in deo p volentiū scire: vt dicit Aug. in quez credere deberēt ne in suo pcō morerēt: cū dicit (Dicebant g̃ ei: tu q̄s es:) q̄si dicerēt fm Aug. Dicis indeterminate: qz tu es: q̄s g̃ es tu: id est fm Chūm. cui⁹ auctoritatis aut sapiētie es: vt credam⁹ tibi sic sua/ des: (Dixit eis iesus: Principium). s. suz: id ē de⁹ (q z loquor vobis) qz sum fact⁹ vel rus hō. Est aūt notandū q cū de ratiōe pncipij in q̄tū pncipiū: siue sub rōne pncipij primi sit q non sit ab alio: z alia sint ab ipo. sol⁹ p̄ celestis isto mō ōr in natura diuina pmū pncipiū. i. pncipiū nō ō pncipio Un̄ z fm Diony. ij. de di no. est fons deitatis. Fil⁹ aūt ōr pncipium nō qz non sit ab alio: cū sit a patre: sz qz ali⁹ ē ab illo. s. spūssctūs: cui⁹ p̄ z fil⁹ sunt vnū pncipiuz. vnde est pncipiū de pncipio. Spūssanct⁹ aūt nullo mō est pncipiū i natura diuina: qz nulla ps ona est ab eo: z ipse est ab alio: sed tū ē pncipiū pmū respectu creaturaz. sicut z tota trinitas. Appropriatē tū nomē pncipij effectiue p̄ii q nō est ab alio: sz exēplariter filio. j. par. q. xlvj. eoq̄ sit sapiētia p̄is: p quā agit sicut artifex p artē vl' per ceptionē suā. z hoc ad excludēdū erroz eoz q dixerūt eū esse puram creaturā. Si ei hoc esset: nō possz esse pncipiū creature. (Multa habeo vobis) sine ly de vt q̄dam tert⁹ habēt (loqui) ad eruditionē vīam: q si credere noluerit⁹: multa habeo (z iuste/ care.) Sed cōtra: qz fil⁹ nō iudicat q̄nēq̄. Ad hoc dicit Aug⁹ q aliud est iudicare: aliō habere iudicare, i. hūe pt̄atez iudicādi

primū nō ꝙuenſebat tunc chr̄o: ſz bñ ſe/ cūdū (Vel multa habeo de vobis) vt alij dicāt: habēt (loqui z iudicare) in futuro iudicio: vt dicit Aug. Dicit aūt ſcūs Tho. q̄ loqui vobis eſt loqui ad vtilitatē: non aūt loq̄ de vobis: ſed eſt loq̄ ad iuſtitiā dei. Sed q̄re tūc ñ iudicabat: Rñdet ipe dicēs (Sed q̄ me miſit verax eſt) imo veritas. z ꝙñr ſz Chr̄yſ. expectat die quā ſtatuit: z p̄us vult redimere mundū ſic p/miſit ſm Theo. Etſi vos infideles eſtis: tñ pr̄ me⁹ verax eſt: q̄ die ſtabiliuit in q̄ vobis retributio fiet. Hec ille (Et ego q̄ audiui ab eo) .i. accepi p eternā generatōez/ incr̄tū de⁹: aut p beatificā viſionē/ incr̄tū hō cōprehēſo: aut p ſcie infuſionē/ incr̄tū hō viator. Que inquaz ſic accepi loq̄nda: (hec loquor in mūdo) q̄ .ſ. nō ad ꝺēnationem/ſed ad ſaluationē ptinēt. Hic habemus morale ꝺocumētū vt admiramur patientiā dei: qz cū multa habeat iudicare ō nobis/patienter expectat. An ignoras q̄ benignitas dei ad pn̄iaz te adducit Ro. ij Et timeam⁹ iudiciū futurū. Hā vt dic̄ Valerius maxi. lento q̄dē gradu ad ſui vindictam diuina p̄cedit ira: ſz tarditatē ſuppli cij grauitate compenſat.

Quātū ad tertiū tangit q̄dā p̄nūciatio qua chr̄s p̄nunciauit eis. ſ. q̄ poſt mortez ſuā cognoſcerēt aliq̄ q̄ tūc nō cognoſcebāt Dicit g̃ (Et nō cognouerūt). ſ. iudei (q̄ patrē). ſ. ſuū (eis). ſ. iudeis (credebat deū). ſ. ec̄: vt cū dicebat q̄ me miſit. Sz tñ ſm Aug. p̄ q̄ſdā q̄s ibi chr̄s videbat poſtea credituros/ſubdit (Dixit ergo eis ieſus: Cum exaltaueritis) in cruce eleuādo (filiū hois) z nō hoim. i. chr̄m: q̄ ex vna hoie ſola. i. ſ/gine ꝓcep⁹ eſt. Vel filiū hois ſe ex hūilitate dicit (tunc). ſ. me patientē: cū ſol obſcurabit: z petre ſcinden̄t: z reuertimi pcutiētes pectora vra: vl tūc. i. poſt reſurrectionē ſm Chr̄yſ. (cognoſcetz) aliq̄ vel oēs ſz ſanctū Tho. p miracula viſa: z penā a ꝺo p romanos inflictā (qz ego ſū) p̄mū z ſimplex eſſe: z ver⁹ filius dei. Predicantib⁹ em̄ aplis aliq̄ ſunt ꝓuerſi: z iſta cōgnouerunt p fidē. Et qz dixerat ego ſum: ne q̄s p ſe credēret q̄ nō eēt ab alio /ſubiūgit (Et a meipſo facio nihil) q̄ſi di. ſm Aug. A meipſo nō ſum Hā vnūq̄dq̄ eo mō q̄ eſt: eo mō opar. Filius aūt nō eſt a ſe: ſed a p̄re: ſō aſt nō opar. vñ Joā. v. Nō pōt filius a ſe facere q̄cq̄ (Sed ſicut docuit me pat̄) cōlocando mihi ſapiam: nō expellēdo ignorantiā Filius em̄ dei nūq̄ fuit ignorās: cū ſit ſapiētia genita ab eterno: ſed tñ p̄ dicit eū docuiſſe: qz ab eterno cōiecauit ei eſſentiā ſeu deitatē: que eſt idem q̄ ſapiētia dei: quia ibi oia ſunt vnū ſimpliciſſimū. Sic aūt docuiſſe ē doctū genuiſſe Vel ſic docuit me id eſt doctrinā tradidit i mea ꝓceptiōe tā inditā q̄ beatificā. (Et q̄ me miſit) p̄ icarnationē. ſ. de⁹ p̄r z ſpūſſctūs. (mecū eſt:) p eſſentiez naturez voluntatz idētitatē Vñ non ſū ei ꝓtrari⁹ vt putatis. Et in h̄ oſtendit chr̄s q̄ntū erat ſecur⁹. Nos nec invita nec in morte nec poſt mortē ſum⁹ ſecuri: ſz chr̄s fuit in omnib⁹ ſecur⁹: qz p̄ fuit cū eo in vita/mirāda p eū faciēdo: z i morte /demones p eū debellādo: z poſt mortē: ipm reſuſcitādo. (Et nō relinq̄t me ſolū) etiam incr̄tū homo ſum: qz ſemp⁹ virt⁹ et gr̄a ei⁹ mihi aſſiſtit: z hoc (quia q̄ placita ſūt ei facio ſp) ac p h̄ nūq̄ me ei⁹ gr̄a derelinquit. Chr̄us em̄ nihil vnq̄ faciēdū omiſit: nihil negligenter egit. Ps. Exultauit vt gigas z̄. Nihil etiam aliq̄n ꝓtra deū commiſit. Vel ly quia ſm ſanctū Tho. non ponit p cauſa meritoria: ſz p ſigno. q. di. Hoc ipm q̄ ſemp⁹ ſine ītermiſſiōe facio ꝺo placita: eſt ſignū q̄ me nō derelinq̄t. In hac parte eſt morale ꝺocumētū/ q̄ de⁹ amicos ſuos nunq̄ deſerit: niſi deſerat ab eis. Vnꝺ ipe de⁹ de viro iuſto loquit in Ps. Quīm in me ſperauit liberabo eū: ꝓtegā eū qm̄ cognouit nomē meū. Clamabit ad me z ego exaudiā eū: cū ipo ſum in tribulatiōe: eripiā eū z glꝛificabo eū. Eſt z aliud. Chriſt⁹ em̄ voluit crucē i ea exaltandus ſcandere. Prio tanq̄ magiſtralē cathedrā: in q̄ docuit nos lectione magne pietatis ad parētes: dū m̄rem cōmēdauit diſcipl̄o. et magne charitatz ad inimicos: dū orauit p ſuis occiſoribz. z magne cōpaſſionis ad ipm patiētē: dū p⁹ diſceſſū p̄pinq̄t. z diſcipl̄o p̄tandē dixit ſe etiā a patre derelictū: vt videbat: z nihil ei reſtabat niſi ſola m̄r: cui⁹ dolor z gemit⁹ fortē erat ei grauior vulneribz p̄riis. Et lectione magne deuotiōis ad deū: dicēs P̄r in manꝰ z̄. in q̄ ſignifica/

bat hoiem in morte omissis oīb⁹ debere solū de sua aia curare. Et scōo ascēdit crucem tanq̄ speculā. i. turrim custodie: ⁊ q̄ clamat nobis viatorib⁹ vt caueam⁹ ab hostib⁹. Et ibi clamauit clamore valido. scz oris ⁊ lachrymar: vt pz Heb. v. Et clamore sanguis melius clamantis q̄ Abel Eiusdē. xij. quia. s. clamabat miscōiam vt ille vindictā. Et clamore etiaz cordis qō apto latere patefecit. Et tertio tanq̄ speculū. vt nos tanq̄ aues euolātes ad se reuocet/oīsa carne cruēta. Et quarta tanq̄ paxillū: in q̄ antiquo more oia pdita bona inuenta esse monstrauit. s. gr̄am dei ⁊ facultatē reintrādi ad regnū celeste. Olim em̄ psueuerāt inuēta suspēdi in paxillo vt ea viderent q̄ ea pdidissent.

Feria tertia post dn̄icā. ij quadrage. Text⁹ cuā. Mat. ca. xxiij.

Locut⁹ ē Jesus ad turbas ⁊ ad discipl̄os suos dicēs: Sup cathedrā moysi sederūt scribe ⁊ pharisei: oīa ergo quecūq̄z dixerint vobis: seruate ⁊ facite. Scōm vo opa eoz nolite facere. Dicunt em̄ ⁊ nō faciūt. Alligant aūt onera grauia ⁊ importabilia ⁊ imponūt in humeros hoīm: digito aūt suo nolunt ea mouere. Omnia em̄ opa sua faciunt vt videant ab hoīb⁹. Dilatāt em̄ phylacteria sua: ⁊ magnificant fimbrias. Amāt aūt primos recubit⁹ i cenis: ⁊ primas cathedras in synagogis ⁊ salutatiōes in foro: ⁊ vocari ab hoībus rabbi. Vos autē nolite vocari rabbi. Unus est em̄ magister vester. Omnes aūt vos frēs estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terraz. Unus est em̄ pater vester qui ī celis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est christ⁹. Qui maior est vestrum erit minister vester: Qui autē se exaltauerit humiliabitur: et qui se humiliauerit exaltabitur

Locutus est Jesus ad turbas ⁊ ad discipulos suos ⁊c.) Matt. xxiij. In p̄senti euāgelio chr̄us vult p̄latis dare tres regulas. Prima est q̄ subditos verbis ⁊ exemplis instruant. Scōa q̄ sūb p̄lis fortia: ⁊ subditis leuiora imponāt. Tertia q̄ de potestate sibi collata nō glorient vel superbiāt. Contra pmā faciūt p̄lati verbosi: ⁊ contra scōam supstitiosi: ⁊ contra tertiā ambitiosi. Igit̄ in eodē p̄senti euangelio tanguntr tria puncta: que sunt/ Admonitio/ reprehensio/ ⁊ exhortatio.

Quantū ad pmū tangitur admonitio quia chr̄istus admonet discipulos ⁊ omnes fideles: vt quādo p̄dicator bñ dicit ⁊ male facit: doctrine ⁊ nō opib⁹ attendamus.

Pro quo sciendū est q̄ quādo saluator ista dixit: scribe ⁊ pharisei magnas psecutiones ostenderāt contra eum: detrahentes doctrine ⁊ miraculis ⁊ vite eius. Et sicut dicit Chr̄ys. peccabant ex malicia ⁊ erant incorrigibiles. Chr̄istus ergo dicebat publice eorum iniquitates: quia auertebāt populū a fide. Dicitur ergo (Locutus est Jesus ad turbas ⁊ ad discipulos suos dicens: Sup cathedrā moysi.) Ista cathedra dupliciter accipit. Moyses em̄ fuit doctor populi ⁊ iudex: ⁊ sic duplicem habuit cathedram: scz docendi ⁊ iudicandi. Sedere ergo sup cathedrā Moysi secundā/ est succedere ei in auctoritate iudicandi populū: sicut successerūt quidā scribe ⁊ pharisei. nam a tēpe Moysi fuerunt constituti a deo septuaginta senes erate ⁊ scientia puecti: q̄ cū Moyse haberēt curā populi. ⁊ dicebant iudices ordinarij: quia ad ipos fiebat recursus ī dubijs causis: ⁊ sine eis magne cause nō tractabant. Et istud apud iudeos fuit obseruatuz q̄ diu fuerūt in sua ptāte: vt pz in libro chanbedrim hierosolymitano in c. de iudicijs pecuniar. ⁊ in li. abodazara ca. j. Sedere ve

rosuꝑ cathedrā Moysi ꝓmā: est habere officiū docendi legem ⁊ doctrinā Moysi Et sic loquit saluator hic: qz supꝫ istō (sederunt scribe) i. legis mosayce doctores diceti nō a scribēdo sz a docēdo septa (⁊ pharisei). i. religiosi qdā q̄ etiā habebāt officium docēdi ⁊ exhortādi ꝑplm. (Oia q̄cūq; dixerint vobis) ꝑsona legi Moysi (seruate ⁊ facite) ope exeq̄ndo. qz vt dr Chrysostō, nō docēt sua: sed q̄ deus p Moysen mādauit. Sed hic mouet Orige. q̄stionē qz isti docebāt esse multa legalia: puta q̄ circūcidamur. ⁊ sacrificemus tauros ⁊ hircos ⁊ hmōi: q̄ obseruare in noua lege est pctm̄. Ad hoc dicit idē Orige. ⁊ sā. Tho. q̄ doctrina istoꝝ debebat obſuari q̄ ad legalia vsq; ad chī passionē tm̄: qz vsq; tūc obligabant oēs iudei seruare legalia: sz ꝓcepta moralia sp erant obseruāda: qz non erant vmbra futuroꝝ vt legalia cerimonialia. Sed de ptinentib; ad mores hic loquit chūs ſm Aug. simplr. de alijs ꝙo ad tps iuxta intentiōem legislatoris. Itē cōtra: qz isti dicebāt quedā q̄b; filij retrahebant a debito honore parētū: vt ꝓz Mar. xv. Itē docebāt doctrinas hoim. vt dicit ibidē. i. doctrinas talmudicas: in q̄b; multa ptinent dissona moribꝫ bonis. Ad hoc dico q̄ saluator loquit ō bis que docebāt ex ꝑsona Moysi: q̄. s. erāt a Moyse dicta vel ꝑsona dictis eius: sicut si ego dicaz q̄ ꝓdicatores noue legis sunt audiēdi: intelligendū est inquantū ꝓdicant ꝑsona noue legi ⁊ nō aliter (ſm ꝙo opa eoꝝ nolite facere) qz opa eoꝝ mala sunt: ⁊ doctrina bona. Chrys. Sicut aut de terra religit ⁊ terra relinquit: sic auditores doctrinā accipiāt ⁊ mores relinquant. Freq̄nter em̄ de boie malo bona doctrina ꝓcedit. Hec ille. Sed q̄re chūs ita paſeter cozā oī populo viros religiosos. i. phariseos diffamabat: Ad hoc dr ſm s. Tho. iij. q. xlij. q hoc ideo fecit: qz erant impedimentū salutis ꝑplo: verbis impugnādo eius doctrinā: ⁊ factis vitā ꝑpli corrūpendo. Et ideo detegenda erat eoꝝ simulatio ⁊ malicia: que in damnū ꝑpli vertebat. Sed cōtra. Seniorē ne increpaueris: vt dr Aplus. j. Tim. iij. Ad hoc dr a sctō Tho. vbi supꝫ q̄ verꝫ est de sene etate ac honestate. Jux ta illud Auiē. xj. Quos tu scis q̄ senes sint: sed si autoritate senectutis verāt in instrumentū malicie publice peccādo: sūt publice ⁊ acriter reprehendendi. Juxta illud Dan. xiij. Jnueterate dierꝫ malorum. Hec ex illo. Peccata aūt istoꝝ erāt publica: puta detractio ad doctrinā chī: iz non esset publicū oīmb; q̄ male dicerēt. Jdeo chūs habuit declarare q̄ ei iniuste detrahebāt: qđ facere non potuit nisi eos infamādo. Jnfamabat q̄ eos ad finē bonū ⁊ licitū (dicūt em̄) bona (⁊ non facūt) bona sed mala. Jn hac ꝓte est documētū qđ tāgit Chrys. dicēs: Sicut sacerdotes melius iudicāt: ꝓpter bonos malos docere: q̄ ꝓpter malos bonos negligere: sic ⁊ subditi ꝓpter bonos sacerdotes etiā malos honorēt: ne ꝓpter malos boni etiā cōtēnant. Veli⁹ ē ei malis iniusta ꝑstare q̄ bonis iusta subtrahere. Hec ille.

Quantū ad scām ponit reprehēsio vite phariseoꝝ ⁊ scribaꝝ: q̄ ꝓpterea q̄ boni videbant multos auertebant a fide: cū dicit (Alligāt ei onera grauia ⁊ importabilia) id est mādata legis mosayce ſm Chrys. sup Matt. q̄ lex a bto Petro Act. xv. dicitur iugū qđ patres nostri portare non potuerūt. Jsta aūt mādata acriter ⁊ scrupulose docebāt: qđ est onera alligare. Sed ꝓtra: quia ſm Hiero. deus nihil mandauit impossibile ⁊ ꝙsequenter neq; importabile. Ad hoc dico q̄ mandata legis dicta sunt importabilia p exaggerationē: qz difficulter erāt portabilia: maxime eo modo q̄ isti docebāt. Vel ſm s. Tho. ista onera sunt superflue ordinatiōes ⁊ statuta que isti superaddebant legi: fingētes q̄ fuit Moysi data quedā lex que ab eo non est redacta in scriptis. Sed postmodū fuit p talmudistas scripture mandata. Alligatur autem spiritualiter bonus cum sit statutum. Prima ergo onera alligabāt isti: quia alligata declarabant scrupulose: secūda vero alligabant simpliciter ipi vel patres eorum. (Et imponūt i humeros hominū) Metaphorice loquendo inquantū asserūt homines ad hmōi statuta cē obligatos (Digito aūt suo nolūt ea mouere). i. ñ volūt minimā ptē onerꝫ sētire: ⁊ mlto min⁹ volūt supponere eis hūeros totū portādo. Et ꝓbec

vult innuere saluator q̄ nō sunt sancti: sed hypocrite: ⁊ hoc ne credatur eis qñ detrahunt sibi⁊ euāgelice doctrine. Sed nñ ꝺ discipuli ⁊ turbe debebāt portare ista ipor tabilia onera? Dico q̄ sic si erāt onera legⁱ recte tradita: quia nō peccabāt illi in h̄ q̄ imponebāt humerⁱ hoim: nisi aliud addi dissent: sed peccabāt in hoc q̄ ipi eadē nō portabāt. Secus aūt de oneribⁱ talmudi cis⁊ pharisaicis: quia erāt fictiōes. Etq nō solū isti cessabāt a portādis oneribⁱ.i. a bonis opib⁹ exercēdis: sedetiā mala faciebāt. ⁊ erāt nō solū nō boni: imo etiā mali. ideo subdit: (Oīa ꝯo opa sua faciunt vt videanⁱ ab hoib⁹.) Et ꝑñr sunt cupidi inanis glorie: imo valde cupidi. quod no tat fm Chrys. quia non tm quedam: sed oia opa sua faciūt ꝓpter hoim applausum ⁊ fauorē (Dilatant em̄ phylacteria sua:) vt meli⁹ videanⁱ ipa phylacteria: breuia scz vl chartule in q̄b⁹ scripta erāt decem p̄cepta legⁱ. a phylaxe qō ē seruare: ⁊ thorath lex ꝑsi q̄dam memorialia seruāde legis. nam fm Hiero. dñs cū dedisset mandata legⁱ p moysen: ad extremū intulit Deu. vj. Ligabis ea i manu tua: ⁊ erūt semp añ oculos tuos p hoc volens significare q̄ corde quisq̄ meditarek in eis ⁊ opere compleret. Sed hoc vt dicit pharisei male interp̄tā tes: scribebāt decez p̄cepta legⁱ in chartul litteris magnis: vt q̄dam alⁱ dicūt: ⁊ ligabant in fronte in modū corone: vt sp ante oculos moverenk: ⁊ sil'r ligabāt i brachijs (Et magnificāt). i. prе ceteris magnas faciunt (fimbrias) vt sanctiores ceterⁱ videātur. Judei em̄ vt nō solū carne p circūcisionē: sed etiā vestib⁹ ab alijs distinguerenk: p̄cepto dñi fimbrias in q̄tuor angul' pallioz portabāt: in q̄b⁹ pharisei Hiero. teste ligabant spinas acutissimas vt dū ambulando vl' stando pungerenk: p̄ceptorⁱ dei mēorarenk (Et reuera i his oib⁹ vt idē ait: fauorē ꝓpli ⁊ lucra mulierculaꝝ sectabanⁱ. Reꝑhendit aūt h̄ Chrys. eos q̄ verba euāgelij suspēsa ponūt ad collū: ꝓter ea q̄ virtus euāgelij nō est in figuris litteraꝝ: sed in intellectu: ac p hoc meli⁹ i corde q̄ in collo reponunk. Ad quod dicit q̄ nō creditⁱ hoc ee peccatū: cū sine superstitione fiat: fm sanctū Tho. quia de btā Eccli lia legit q̄ semp euāgeliū gerebat i pecto re. Sanct⁹ etiā Barnabas per euangeliū beati Matthei sanabat infirmos. ⁊ mere trix sup nicolaū senem habētē euangeliū vidit mirabilia: vt patz in legēda sci⁹ Andree. Ad rōnem Chrys. dico q̄ vez dicit q̄ meli⁹ recōdunk in corde verba sancta q̄ in collo: sed nō possunt semp in corde teneri: ideo meli⁹ ē habere in collo q̄n corde q̄ in corde tm̄ vel in collo tm̄ q̄ nec̄ i corde nec̄ in collo. Nec est inconueniēs q̄ in signis ⁊ figuris gratia significato sit aliq̄ spūalis virtus intentionalr ⁊ diuinit⁹ ifusa. Sicut em̄ fm sanctos de⁹ eā dedit verbis sacramētalib⁹: quod phibet credere q̄ etiā dederit eā figuris maxime cū etiā dederit eā fimbrie vestimēti christi: ⁊ quod ē fortius: umbre petri. i. aeri i quo erat umbra petri. Nō em̄ est verisimile q̄ oēs infirmi qui ad umbrā petri sanabanⁱ: ozomb⁹ petri sanarenk: sed fiebāt illā miracula ex potestate. i. per virtutē a deo collatā Petro: ⁊ a petro p subiectū umbre q⁹ vsq̄ ad infirmantiū corpa derivatā. Qz ꝯo pharisei opa sua agant ꝓpter inanē gl̄iaz: pbatur ex ꝓx domin⁹ a signo cū dicit (Amant aūt primos accubit⁹ i cenis). i. primas sedes ad mensam. Quia em̄ antiqui comedebāt in lectis / comedētes dicunk recūbere vel accumbere: ⁊ sedes mense dicūk accubit⁹ (⁊ primas cathedras in synagogis ⁊ salutatiōes) cum inclinatiōe capitis et flexiōe genuū fm Chrys. (in ꝓco:) vbi sunt multi poti⁹ q̄ in priuato: lz vbiq̄ h̄ appetant et vbiq̄ sit culpa: fm Raba. (et vocari ab hoib⁹ rabi⁹). i. magister siue doctor.) In oīb⁹ tamē his fm Chrys. non vituperat factū / sed ambitio. Nō em̄ est malū recumbere in primo loco: sed ipm ꝓmatū: ambire: ⁊ sic de alijs. In hac parte habēt documentū confessores imponētes excessiuas penitētias. Dicit em̄ Chrys. loquēs de aligantib⁹ onera grauia. Tales inqt sunt q̄ graue pond⁹ vententib⁹ ad penitentiā imponūt: ⁊ sic dū p̄sens pena fugit / contēnit penitētia futura. Si em̄ fascem sup humeros adolescentⁱ quē nō pōt baiulare posueris: necesse habz vt aut fascem reiciat: aut suscipiēs dum plus ferre non potest: scandalizatus amplius peccet. Deinde si erra

mus modicā penitentiā imponētes: nōne melius ꝓpter misericordiā reddere rōnez ꝑ ꝓpter crudelitatez. Ubi paterfamilias largus est: dispensator nō debz esse tenax. Si deus benignus: vt q̄d sacerdos ei⁹ austerus? Uis apparere sanct⁹? circa vitā tuam esto auster⁹: circa alios benign⁹. Audiāt te hoies parua mandantē z grauia facientē. Talis aūt est sacerdos q̄ sibi indulget z alios exigit: quēadmodū malus descriptor tributi i ciuitatib⁹: qui se releuat: et onerat imponētes. Hec ille.

Quantū ad tertiū hortat nos chr̄s ad humilitatē/ cū dicit (Uos aūt nolite vocari rabbi) Ubi aduertēdū est fm Chrys. q̄ multa reprehēderat in phariseis minima: ō quib⁹ discipuli nō indigebāt turbari: ideo illa chr̄s ptermisit: sed q̄ erat oim malorum causa. s. thronū appetere magistr alez hoc adducit i mediū. Sed cōtra: q̄ apls ij. Timo. j. appellauit se magistrū/ dicēs: In quo posit⁹ sum ego p̄dicator z apostolus z magister. Ad hoc dicit sanct⁹ Thomas in libro cōtra impu. rel. q̄ dom⁹ h̄ phibuit solū ambitionē circa magisteriū: nō autem phibuit officiū magistri: q̄ est docere, vl̄ etiā nomē magistri: q̄ confert ad vtendū scientia iam habita in docēdo. Aliter idē soluit sup Matth. et Chrys. ibidē z Hiero. quia magister ꝓprie z simpliciter est qui a se habet doctrinā: nō aūt ille qui eā habet ab alio z alijs discit: q̄ est discipul⁹ ei⁹ qui sibi tradidit illā. Solus aūt de⁹ habet a se doctrinā. Jtē mgr̄ est ꝓprie qui docet: hō aūt non docet ꝓprie hoiem: alioq̄n oēs habētes doctores addiscerēt: sz de⁹ docet interi⁹ p intellectū: z homo coadiuuat exteri⁹ ꝓponēdo aliq̄ eo modo q̄ medic⁹ adiuuat naturā Est g̃ homo vt dicit sctus Tho. in. q. ō vitate. q. xj magister ministerialiter tm̄ tāq̄ instrumētū vel adiutor magistri ꝑncipal̄r z ēntialiter dicti. de quo subdit (Un⁹ est em̄ magister vester) ꝓprie z ꝑncipal̄r z simpliciter z essentialiter (oēs aūt vos fratres estis) q̄ filij dei p adoptionem vl̄ creationē (Et ꝑrem nolite vocare vobis sup terrā) Sed cōtra hoc est consuetudo antiqua monasteriorū: in q̄b⁹ seniores patres appellātur. Ad hoc dicit fm mētē Hiero. z sci Thome q̄ sup terrā nō debem⁹ cognoscere patrem principalē nisi deū: qui est oim pat⁹ pater: z animā nobis dedit: abusiue tn̄ et secūdario possumus alios appellare ꝑres rōne etatis/ vel etiā corporalis generationis. Hā vt ait Hiero. sicut vnus filius dei p naturā nō ꝑiudicat ceteris quin possint dici filij dei p adoptionē: ita z vnus pat⁹ et magister: non ꝑiudicat alijs quin abusiue vocent z ꝑres z mgri: sz vnus sit principalis: a quo dicit (Unus est em̄ p̄r vester q̄ in celis est. Nec vocemini magistri) Contra q̄ iam hoc superi⁹ dixit Ad hoc dicūt q̄dam q̄ replicat idē ꝓpt̄ periculū magnū ambitionis z elationis circa magisterium. Alij aūt dicūt z melius q̄ supra dictū est de mgro docēte verbo: h̄ aūt de docēte exemplo sanctitatis. Chr̄s aūt est qui dat⁹ est oib⁹ in exēplum viuēdi: vt dicit sctus Tho. ij. par. q. xl. nō aūt alij sancti: nisi quatenus fuerūt imitatores chr̄i. vñ subdit: (Quia magister vr̄ vnus est chr̄s) Non dicit deus: quia deum quē nō videm⁹/ imitari nō possum⁹. Augz. Homo imitand⁹ nō erat qui videbat: deus imitand⁹ erat q̄ non videbat. Ut ergo de⁹ exhiberet hoi eum q̄ z ab hoie videret: z quē homo seq̄ret: de⁹ factus est homo. Hec ille. Et q̄ hactenus dom⁹ induxit ad fugā elationis: nūc inducit ad amplexū humilitatis/ dicēs (qui maior est vestrū/ erit vester minister.) q̄ sanct⁹ Tho. dupliciter exponit. Prio sic Erit vester min̄ster. i. se debz exhibere ministrū. Uel scdo erit vester minister in sua existimatiōe. Aug⁹. Qui ꝓest nō se existimet ptāte dominātē sed charitate seruiente felicē. Hec ille. Ul̄ aliter fz alios: Qui maior est. i. vult esse in veritate: erit vr̄ min̄ster/ sej vilib⁹ exercēdo: fm decētiaz sue psone et officij: (qui aūt se exaltauerit/ humiliabit: z qui se humiliauerit/ exaltabit) Remigz. Q̄ sic intelligit: Omis qui se de suis meritz extollit/ apud deū h̄umiliabit: z qui se de beneficijs humiliat/ apd̄ deum exaltabit. Hec ille. Uel aliter: Qui se exaltat/ ambitēdo primatū: humiliabit ab hoibus vel a deo vel ab vtrisq̄z. z q̄ se humiliat ꝓpetēs subesse: et fugiēs elationez exaltabit ab hoib⁹ vl̄ a deo vel ab vtrisq̄z.

Dozaliter sciēdū est euidēs signū esse

q̄ aliq̄s sit celestis patr̄ filius vel terreni
ꝑmo respice re celū vel terrā: z scōdo esse al
bum q̄ purit atē: vel nigrū q̄ oꝝationē. Fi/
lij em assimilāt patri. Unde ꝑm glo. sup il
lud: Pullis coruoꝝuꝫ ꝛc. Filij corui q̄diu
sunt albi erectis ad celū rostris pascunt a
deo: sed vbi sunt nigri ꝑ plumas/pascunt
a parētib⁹. Et tertio honorare parentes
Unde z filij ciconie parētes pascūt: sed fi
lij vipere eius latera diruꝑunt: quia dicta
est vipera: quia vi pariat z partu ipō ru/
ptis lateribꝫ moriat.

Feria q̄rta post dn̄icā .ij. qua
drage. Text⁹ euāg. Mat. ca. xx.

a Sscendēs Jesus hie/
rosolymaꝫ assumpsit
duodecim discipl̄os su
os secreto z ait illꝭ: Ec/
ce ascendimus hierosolymā: et
filius hois tradet̄ pr̄incipibꝫ sa
cerdotū z scribis: z condemna/
bunt eū morte. Et tradent euꝫ
gentib⁹ ad illudendū z flagellā
dum z crucifigendū. Et tertia
die resurget. Tūc accessit ad eū
mater filioꝝ zebedeī cum filijs
suis: adorās z petens aliq̄d ab
eo. Qui dixit ei: Quid vis: Ait
illi. Dic vt sedeant hi duo filij
mei vnus ad dextrā z vnus ad
sinistrā tuā i regno tuo. Respō
dens aūt Jesus dixit: Nescitis
quid petatis. Potestis bibere
calicē quē ego bibitur⁹ sum: Di
cūt ei: Possumus. Ait illis. Ca
licē quidē meū bibetꝭ: sedere au
tem ad dexterā meam z ad sini
strā nō est meū dare vobis: sed
q̄b⁹ paratū est a patre meo. Et
audientes decē indignati sunt de
duob⁹ fratrib⁹. Jesus aūt voca/
uit eos ad se: z ait: Scitis quia
pr̄incipes gētiū dn̄ant eoꝝ: z q̄
maiores sunt ptātē exercent in
eos. Nō ita erit inter vos. Sed
q̄cūqꝫ voluerit inter vos maioꝝ
fieri. sit vester minister. Et q̄q̄
luerit i ter vos pr̄imus esse: erit
vester seruus. Sicut filiꝰ hois
nō venit ministrari sed mīstra/
re z dare aiam suā redemptio
nem ꝓ multis.

Scendens Jesus
a hierosolymā ꝛc.) Matth. xx.
In ꝑsenti euāgelio tangūtur
tria puncta: q̄ sunt: Prenūcia/
tio: postulatio: z indignatio.

Quātū ad ꝑmū tangit̄ pnūciatio passi
onis chr̄i: cū dr: (Ascendēs Jesus hieroso
lymā). i. hierl'm: q̄ erat in montib⁹: z emine
bat i toꝛ terꝛa. ꝑmissionis (assumpsit duo/
decim discipulos suos.) Et q̄ ꝓꝝ q̄ inter
eos erat iudas. Fuꝛsitā em adhuc erat di
gnus: vt dicit Orige. audire cū aliis. Et
sctūs Tho. dicit q̄ nōdū ꝓcepat malū. qō
videt itelligēdū de pditōe: vt ꝓ aūt iā esset
latro/credo q̄ sic: ꝫ erat occult⁹. (secreto)
Primo ꝑm Chrys. qz passio chr̄i est ꝑcio
sissimus thesaur⁹: cū vt ait mhil sit ꝓpter
qō magꝭ debeam⁹ deo grās agere: idō i
vasis electꝭ erat rcōdēd⁹. Et itēdit q̄ ꝓpt
reuerētiā passionis chr̄is ꝑmo eā debuit pu
blicare dignioꝛib⁹ apl̄os. i. apl̄is familia/
rioꝛib⁹ chr̄o. Scōdo ꝑm eum. qz ceteri erāt
ipfecti z ꝓturbati z auersi ab eo fuissent: si
ei⁹ morte audiuissēt: z mlieres etiā tumul
tū fecissent. Et tertio ꝑm eūdē Chrys. qz
sciebat mr̄ez filioꝝ zebedei aliq̄d periturā
z iō declinauit a via: vt ei daret locū ad pe
tēdū: z inde discipl̄os instrueret. Et q̄rto
vt elicit a Cypriano/i exēplū tuū: q̄ si vis
ascēdere ad crucē religiōis: nō manifestes
multis ꝓsiliū tuū. Et q̄nto ad ꝓdēnandā
hypocrisim: q̄ ad crucē pnie nō vadit secre
to sed palēter (Et ait illis:) ꝑdicēdo passi
onē suā z resurrectionē: ꝑm Cyrillū/vt sci
rent eū volūtarie pati: z ꝓpter alia que dꝭ
cenf (Ecce ascendim⁹ hierosolymā: z filiꝰ
hois). i. ipemet sic se appellās: vel qz vni⁹
tm̄ sit filius. s. virginis: vel hūilitatis cau/
sa: cum se posset dicere filiū dei (tradetur)
a iuda: (pr̄incipibus sacerdotum.) Fortē

isti ꝓncipes sunt q̄ successerūt illis viginti q̄tuor q̄s ordiauit Dauid: de q̄b habes dñica.iij.aduēt⁹. (z scribis).i. legis doctoribꝫ (z ꝓdemnabunt eū morte.) q̄ dixerunt z iudicauerūt eū reum mortis :sz nō potuerūt exercere iudiciū: q̄ ꝓās sanguinis eis fuerat a romanis ablata. vñ dixer̄t Nobis nō licet interficere quēq̄ (Et tradent) ipi ꝓncipes z scribe: (eū) a se ꝑpus ad mortē sentētiatū z durissime vt credit flagellatū (gentibꝫ).i. pilato gētili z poreslati romanoꝝ: sm Raba. (ad illudēdū z flagellandū z crucifigendū) Et in his verbis sm scm̄ Tho. oñdit chr̄us fuisse ꝑuus tribꝫ: q̄ maxime appetūt hoies: honore: q̄te sensuū: z vita. (Et die tertia resurget:) cōputādo eā in qua passus est. Hoc aūt sm Chrys. dicit vt cū tristia videret: resurrectionē expectarēt. Prędixit āt chr̄i stus discipulis passionē. Primo sm Greg. Hiero. z Chrys. vt fortiores essent in die parasceuen: q̄ iacula ꝑuisa minus ledunt. Vel scōe sm Hiero. vt ex reuelatiōe mortis de resurrectiōe nō dubitēt. Vel tertio sm Chrys. vt ex h̄ cognoscāt ꝑsciam chr̄i z ex ꝑscientia deitatē: z ex deitate volūtariā z nō coactā passionē. In hac parte est documentū Rabani dicētis: Ideo autem dñs in mūdo noluit ꝑspari: sed grauia pati: vt oñderet nobis q̄ ꝑ delectationē cecidimus: cū qua amaritudine redire debeamus. Hec ille. Vñ z Aug. de ciui. dei ait Passione ostendit quid sustinere ꝑ veritate. resurrectiōe q̄d sperare in ꝑtate debeamus. Hec ille. Vide etiā de his supra in dñica in q̄nquagesima.

Quantū ad scōm tangit postulatio filioꝝ zebedei. i. Joānis euāgeliste z iacobi maioꝝ: q̄ fuerūt filij marie sororis marie mr̄is dñi: ex zebedeo patre. Sicut em̄ dicit Magr̄ hist. filij zebedei audita morte z resurrectōe chr̄i crediderūt eū ilico regnatuꝝ in ꝓp̄lo iudaico: z suggesserūt matri vt peteret gr̄am vnā a chr̄o: illā nō expmendo: q̄ obrenta expmeret illā de q̄ ꝛ infra. Et hc̄ dicit Hiero. z etiā mater eorū sic̄r credidit chr̄m ilico regnaturꝝ: ideo ꝓsensit filijs. Et ideo dicit: (Tūc) audita sz morte z resurrectiōe chr̄i dicta mulier (accessit ad eū) suggestiōe Joānis z iacobi: vt dicit Magr̄ hist. z Hiero. Sed q̄re nō accessēr̄t ipi filij zebedei: Rndet Chrys⁹. Ne inq̄t ceteroꝝ discipuloꝝ cōtra ꝓterrer̄t voletes sibi ꝓuidere de regno. Dixerūt q̄: Submittam⁹ matrē vt suo noie deprecet̄ ꝑ nobis. Si em̄ res fuerit reprēsibilis/facile merebit⁹ veniā: q̄ mulier, si aūt nō fuerit/facili⁹ impetrabit mater ꝑ filijs rogās: q̄ pius de⁹ facilius exaudiet maternū affectū. (Mater filioꝝ zebedei) Nota q̄ drā Anna mater ꝑgis Marie: tres habuit viros: z ex singulis singl̄as habuit filias: quaꝝ quālibet appellauit mariā: et quelibet habuit vir̄ z genuit filios aut ex viro aut sine viro. De h̄ sunt versus tales Anna solet dici tres concepisse marias. Quas genuere viri :Joachim/ cleophas/ salomeq̄ Has duxere viri Joseph: alphe⁹ zebedeus. Prima parit chr̄m: Jacobū sez cūda minorē. Et Joseph iustū peperit cū simone iudā. Tertia maiorē iacobū voluerēq̄ Joannē. Sed ꝓtra ista q̄ cōiter vera tenenk videt esse dictū Chrys. q̄ dicit super Matth. q̄ ista mulier dicta est salome z idē dicit scūs Tho. q̄ addit q̄ salome est nomē mulieris. Ad hec pōt dici q̄ intendit Chrys. z scūs Tho. q̄ ea ꝑsona que i euāgelijs expmit̄ ꝑ ly salome est mulier z nō masculꝰ: sed tñ quotiēs in euāgelio dr̄ salome/subaudit maria vt dicat maria salobi z salome. i. maria iacobi z maria salome: sic dicta a patre salome appellato: cuz ipa maria diceret (cum filijs suis). i. reuelātiā faciēs vt obtineret q̄d optabat (z petens) Brūs Marcus dicit q̄ petiuer̄t filij: sed sicut dicit scūs Tho. filij petiuer̄t mediāte matre: (aliq̄d ab eo:) nō expmendo q̄d vellet: sz dicēdo volo vt des mihi vnū. In hc̄ videt manifestū q̄ ista mulier multū posset apd chr̄m: q̄ duo ex. xij. posuerūt eā exoratricē ꝑ se: z tñ illi erāt chr̄i secretarij. Et sicut dicit Chrys. ista sequebat chr̄m ꝓtinue: siue marit⁹ viueret siue nō: q̄d certū nō habeb. Dicit aūt sanctus Tho. q̄ talis petitio in qua nō expmit̄ petitū nō est admittēda: z q̄ eā admittit stulte admittit. Vñ herodes stulte ꝓmisit puelle: z tanq̄ stult⁹ nō revocauit. Salomō aūt ꝓmisit quidē matri stulte: sz tanq̄ sapiens revocauit postq̄ ipa petiuerat ꝓ

Adonia qui latenter insidiabat regi Salomoni. Christus aūt sapiētior Salomone non voluit p̄mittere nisi exp̄meret ꝛes petita. Vñ sequit(q̄ dixit ei: Quid vis:) ſm Chrys. nō interrogat ex ignorātia: sed vt ex rñsione oñdat irrōnabile esse petitionem. (At illa: Dic vt sedeāt hi duo filij mei vnus ad dexterā tuā: ꝛ vnus ad sinistrā in regno tuo) P̄ro q̄ aduertendum est q̄ iudei septuras de chō loq̄ntes carnaliter itelligebāt: ideo eū corpalit regnaturū putabāt in hierlm. Apli quoq; tanq̄ rudes idē credebāt: existimātes q̄ rebella facturet chīs pplm: ꝛ auferret dominū a romanis: restituens illud israeli. Vñ et Act. j. chō ascensuro interrogabāt: Dñe si in tpe hoc restitues regnū israel. Unde ſm Hiero. ꝛ Orige. petiuerūt isti aliquid carnale. vt. ſ. essent collaterales christo: ꝛ nullū haberent maiorē. Volebāt eī Petrū deiicere de p̄matu. Idē sentit Chrys. so. qui ait: Videbant seipos honorabiles p̄ alijs: ꝛ audierūt q̄ sup. xij. thronos sedebunt. Vñ p̄matū ipius cathedre petebāt accipe. Et q̄dē q̄ plus alijs honoris apō chīm habebāt nouerāt: timebant p̄o Petrū sibi p̄ferri. Unde manifestū est: q̄ nihil spūale petebant: neq; intelligentiā superioris regni habebāt. Hec ille. Vel aliter p̄t dici ſm Chrys. q̄ petebant aliq̄d spūale: puta p̄matū in celesti regno. (Respondēs aūt Jesus ait nō quidē matri q̄ supplicauerat: sed filijs. Tū quia filij fuerūt p̄mi motores. Tū ad innuendū q̄ non est honor hominī p̄tendere cū mulere. Tuz q̄ erat vetula: ꝛ p̄seqnter pium erat eam p̄solari: impiū p̄o conturbare. Tū q̄ erat amita: ꝛ cōseqnter erat ei deferendū. Tū q̄ erat mater: ꝛ cōsequenter erat ei cōpatiendū si p filijs supplicabat. Respondēs igit ad discipulos: ex ōp̄ suggestione ſm Hieron. nouerat matris suppl cationē p̄cessisse dixit (Nescitis q̄d petatis) Et hoc ideo: q̄ nihil spūale petebant ſm Chrys. vel quia si petebant spūale vt idem dicit: si nouissent q̄d petebant non ausi fuissent tantū q̄d peterē: quod superexcedit supra res virtutes. Nulli eī creature competit sedere a dextris: vt dicit scrūs Tho. Vñ ꝛ regina dicit in psalmo nō sediſſe a dexteris: sed astitisse. Vel hoc ideo ſm eundē q̄ a sinistra ad dexterā erant vocati: vnde ad sinistrā nō debebāt velle redire. Et intendit Chrys. q̄ esse in sinistra est malor. Vel hoc ideo ſm Hila. q̄ de glia aplorū nō erat ambigendū: cum iudicaturi essent cū chō: vt iā poterat ex dictz eius esse manifestū. Vel hoc ideo ſm mgrm hist. q̄ regnare petebāt q̄ nō meruerāt: ꝛ plationez volebāt in celo vbi nō est. (Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum?) Brūs Hare. dic dñm addidisse (aut baptismo q̄ ego baptizor). i. baptizabor i primo (baptizari) Per baptismū aūt dñs significauit mortē ad similitudinē lane ſm mgrm hist. que duz baptizata mergit: extrahit post cū alicui? nobiliorīs coloris splēdore. Sic ꝛ nos p̄ mortē mergimur in terraz: ſz clariores ꝛ nobiliores resurgem?. Per calicē p̄o significauit ſm eundē: passionez citra mortē tū. Est āt calix vt dr Macrobius genus poculi q̄ ciices inuenerūt: ꝛ dictus est q̄si cilix: mutata i: in a. Significat p̄o amaritudinē tribulatiōis: q̄ vt dicit idē magister: est cyphus q̄ calidā potionē. i. medicinā sumimus. Vñ ꝛ ſm alīq̄s dictus est calix: quia caleat calore amare potionis. Vel ſm Cassi. sup ps. Fcat passionē. q̄ est gen? poculi q̄ potus distribuitur bibentib; mensuratus: sicut tribulationes a deo nobis imittunt ſm mensuram possibilitatis nostre ad sufferendū. ſm tū alios puta Hiero. Chrys. Hilariū ꝛ multos alios idē significatū est nomie calicis q̄ ꝛ noie baptismi: martyriū. ſ. seu passio ad mortē vsq; p̄tracta ꝛ terminata. Cum aūt dñs sciret q̄ isti poterant suā passionē imitari: interrogat tamen si id possunt ſm Chrys. vel vt significet neminē posse cum chō regnare nisi passiōem chīi fuerit imitatus: saltem p̄tra peccati certamen. vl' vt tacite increparet eos: acsi diceret: Vos de honore ꝛ coronis loq̄mini: ego p̄o d̄ agonib; ꝛ sudoribz cogito. Non eī hoc p̄emiorum est tempus (dicunt ei: possumus) respondendo scilicet ꝛ de passione ꝛ de morte: seu de calice ꝛ baptismo. Sic aūt respōdent ſm Hila. quia iam martyriū constantiā habebant. Vel ſm Chrys. hoc dicūt non tam ex fiducia sue fortitudinis: cū ex

ignoãtia. In exptis em̃ leuis videt esse tentatio passiõis z mortis. Hec ille. Vel ſm eundē hoc dicūt ex desiderio eius qō petiuerāt: qz nisi speraſſent exaudiri ſi sic dixiſſent. Vel ſm ſ. Tho. ex intenso amore ad ch̃m: sicut z Petrus dixit: paratus sum tecū z in carcerē z in mortē ire. Seq̃tur (Calicē q̃dē meū bibetz). Et i hoc ſm Hila. collaudauit fidē eoꝝ ſm magi. aūt hiſto. dñs rñdet de calice z tacet de baptiſmo. qz Joannes multa q̃dem ꝓpter dñm passus eſt: ſed nō mortē violentā. Sz ſm alios qui p calicē mortē accipiunt etiā ipe Joannes calicē bibit: sicut p̄dixerat dñs. Et hoc ſm Hiero. ſm animū z voluntatem: que nō defuerunt martyrio: vt teſtat feruentis olei doliū: de quo narrat in Eccleſiaſtica hiſto. z flagella que ꝓtulit: vt legit in actib⁹ apl̄oꝝ. Martyrium tñ defuit eius animo: quia in pace vitā finiuit. Vel ſm alios actu z nō ſolo animo bibit calicem mortis: ſed nō cōpletur pfecte: ſed ſolū ſm passiones ad mortē diſpositiuas: vt ſm exiliū q̃ ſuſtinuit in pathmos inſula Eſt em̃ exiliū mors ciuilis. inſti. q̃b⁹ modus pa. po. ſol. relegati ſi mortuo. De reliquo fratre dubiū nō eſt: qz vt dr̄ Act. xij. ab Herode Agrippa gladio occiſus eſt. Ch̄s aūt vt dicit Hieron. necꝫ negauit q̃ postulabāt ne eos triſtes efficeret: neqz etiā ſpopondit ne decē alios irritaret: ſz ait: (Sedere autē ad dexterā meā vel ad ſiniſtrā nō eſt meū). i. nō ꝓtinet ad me (dare vobis) ſubaudi ſm magi. hiſt. z Remi. talib⁹ quales eſtis: qz ambitioſi eſtis. Vl ſm ſ. Tho. z magi. hiſto. nō eſt meū dare vobis p vobis: ſeu rōne pſonaꝝ vel ꝓpinquitatis: qz dignitas in regno celoꝝ ꝓſequit̄ ſolū copiā meritoꝝ: Jgit ch̄s eis diſcrete rñdit: qz nō dixit dabo ne alij indignarent: nec: nō dabo: ne iſti ꝓſunderent: ſed dixit ꝓtualiter: nō dabo qz eſtis mihi ꝓpinqui: ſed dabo ſi fueritis digni. Ult̄ et ſubdit (Sed q̃b⁹ paratū eſt a p̄re meo) ex p̄deſtinatiōe ſm quā non pſone ꝓpinq̃tas ſz charitas penſat. Et in hac ſm Hiero. etiā ipos ab hoc q̃ postulabāt nō excludit: qz ſi meritis z opib⁹ tales fuerit vt digni ſint regno cel ⁹ꝝ: accipiunt illud.

Sed hic eſt duplex q̃ſtio. Prima quaꝝ facit Arrius hereticus. Si em̃ nō eſt ch̄s inq̃t dare iſtis regnū ſz q̃b⁹ p̄ parauit: ſequit̄ qꝫ filius nō ſit patri equalis. Ad hoc aūt dicit ꝓmo q̃dē qꝫ filius nō eſt equalis patri ſm naturā q̃ iſtis erat ꝓpinquus: et ſm quā iſti credebant obtinere postulata: ſecus aūt ſm diuinitatē. Et p̄terea ch̄s nō negat ſe datuꝝ regnū celoꝝ: imo affirmat ſed datuꝝ illud: nō q̃dē iſtis: ſed his q̃b⁹ pater parauit illud. Etſi inſtet: qz ex hoc habet qꝫ pater p̄parat regnū alicui⁹ z nō filius. Dico qꝫ verꝫ eſt ſm dūantitatē: nō aūt ſm diuinitatē q̃ vnū eſt cum patre. vt ipemet dicit Joā. x. Sic em̃ ipe preparat illud cum patre predeſtinando.

Alia q̃ſtio eſt: qz ch̄s innuit qꝫ aliquib⁹ hoc ſit ꝝceſſurus vt ad dexterā ei⁹ ſedeant: q̃ nulli⁹ videt creature eſſe ſm p̄dicta. Ad hoc dicit ſm Chryſ. qꝫ nō intendebat dñs dicere: qꝫ hoc aliq̃b⁹ ſit dandū ſm qꝫ verba ſonāt: q̃ importare vident eq̃litatē in deitate: ſz ſm qꝫ illi duo credebāt qui p hoc nihil aliud intelligebāt niſi eminentiā ſup oēs alios in regno dei. Sic etiam ſedere ad ſiniſtrā nō eſt accipiēdū hic vt ſonat in malū: ſed vt importat coaſſiſtere pſone regis: qz ſic iſti intelligebant.

In hac parte eſt documētū moraliter: vt caueamus ne dicat nobis: neſcitis q̃d petatis. Si em̃ petēti⁹ regnū celi dictū eſt ſic: multo magis hoc poterit dici petentib⁹ tq̃lia niſi ſane petāt. Chryſ. Jō dicit: neſcitis q̃d petatis: quia nō ſolū debemus cogitare qualē gloriā ꝓſequamur: ſz quō euadamus ruinā peccati: qz z in ſeculari bello q̃ ſemp de preda victorie cogitat: difficile vincit. Jdeo petendum erat Da nobis auxiliū gr̄e tue vt omne malum vincamus. Hec ille. Quantū ad tertiū tangit apl̄oꝝ alioꝝ indignatio: cū ſubdit (Et audiētes decē) ſciam dñi p̄dictos duos increpātis: ſm Chryſ. (indignati ſūt) qꝫ alij ſe eis vellent anteferre. Et hoc ſm ſ. Tho. ex quadā elatiōe: ſicut z illi ex elatione petiuerūt. Erāt em̃ oēs adhuc carnales ſm Chryſ. z iſta carnalit̄ geſſerunt (de duob⁹ fratrib⁹) Sz q̃re ſunt indignati cū illi nō petiuerit ſz mater. Ad hoc dicūt Chryſ. z Hiero. qꝫ ex dñi rñſione q̃ ad filios nō ad matrē reſpōdit: intellexerunt

matrez submissam fuisse a filijs. Sed ḡre nō sunt indignati statim cū dixit: nescitis quid petatis? Ad hoc dicit Chrys. Donec chr̄i sententia incerta erat non tristabant alij discipuli: sed tūc tristati sunt quādo illos increpauit. Hec ille. Intēdit aūt Chrys osst. q̄ nō sunt ante indignati. i. nō añ osten derunt indignationē suā p̄pter reuerentiā chr̄i. Unde dicit idē in homē. Oñ autem eos a dño p̄honoratos viderūt in transfiguratione: z si ſm mentē dolebant in medijū afferre nō audebant: venerātes doctorem. Hec ille (Jesus aūt) aduertēs eoz indignationē z volens eos blande cōsolari (vocauit eos ad se) tanq̄ magister dulcis ac pius qui nullum tristem videre voluisset. Chrys. Quia em̄ turbati erāt: vocatione eos ꝓsolat de ꝓpinq̄ eis loq̄ndo. Etenim duo a societate. x. seipsos sepantes: ꝓpr̄ stabant seorsū dño loq̄ntes. Hec ille (Et ait)

Ad euidentiā aūt seq̄ntiū sciendū est q̄ gentiles erant horrori iudeis. iuxta illud: Sit tibi sicut ethnicus z publican⁹. Jdo chr̄s inducit exemplū de gētilib⁹ ad maiorem horrorē: vt ostendat q̄ hoc exemplū nō est imitandū. Sciendū ē etiā ſm san. Tho. q̄ dominari dupliciter sumit. Uno modo vt est idē quod p̄esse ad bonū subditoz. Et sic dominiū vez est: z ad hoc fiunt p̄ncipes. Alio modo vt correlatiue dicitur ad seruū esse: vt dicat dñs qui seruiliter subdit sibi aliquē ad bonū suū ꝓprium Hoc aūt est degenerare a vero p̄ncipatu i tyrannidē. ſm ergo btūm Tho. et Chrys. mentē: q̄ sequunt sic exponēda sunt (Scitis quia principes) qui. s. ex officio p̄sunt (gentiū). i. gētiliū (dominant eoz) nō vero dñio ad bonū eoz: sed tyrānizando ad bonū suū. z hoc etsi nō sp tñ frēq̄nter (z q̄ maiores sunt) id est nobiles et potentes: qui sunt maiores non dignitate p̄ncipatus vl officij sed potētia diuitiaz z amicoz (potestatē exercēt in eos) nō adiuuādo sed oppmendo plerūq̄z. Si tñ exercerēt potestatē in beneficiū minoz: dicerent beneficī (non ita erit inter vos) in ecclesia mea: vt maiores nō debēt esse q̄si dñaturi (sed q̄cūq̄z voluerit inter vos maior fieri). i. habere p̄sidiū spūsctī quo sit tanq̄ potens z si nō p̄mus (sit vester minister) exhibendo aliis q̄ accepit a deo: z sua potestate vtendo i bonū z nō in malum alioz (z q̄cunq̄z voluerit inter vos). i. in ecclesia (primus esse) id est habere p̄matum vel p̄laturam: eo mō q̄ in gentib⁹ sūt p̄ncipes (erit vester seruus) Dō dupl'r pōt intelligi. Primo sic: Erit vester seruus. i. q̄ seruitutem z humilitatez aliis exhibitā dispensēt vt aliis sit prior merito z p̄latione: non autem armoz aūt diuitiarum potentia vel sanguinis nobilitate: vt in mundano p̄ncipatu. Chrys. Primatus grate fugientē se desiderat: desiderantē se horret. Conuersatio ergo melior desiderāda ē: nō melior grad⁹. Hec ille. Secundo melius sic: Erit vester seru⁹. i. sciat q̄ habere primatū in ecclesia nō est habere dominiū sed seruitutē. Serui em̄ est: q̄ se totū ad seruitiū domini impēdat. Sic etiam p̄lati ecclesie totū z qō habēt z qō possunt z qō sunt subditis debent. Chrys osto. Volens ergo dominus z duoz filioꝛum Zebedei z alioz indignationē extinguere: introducit differentiā inter principes mūdiales z ecclesiasticos: ostendens quia p̄matus in christo nec ab aliq̄ appetendus est nō habente: nec alteri inuidendus est habēti: quia p̄ncipes mundi ideo sunt vt dominent minoribus suis: et eos seruituti subijciant: z expolient et vsq̄z ad mortē eis vtantur ad suā vtilitatē z gl̄iam. Principes aūt ecclesie fiunt vt seruiat minoribus suis: z ministrent eis quecūq̄z acceperunt a chr̄o: vt suas vtilitates negligant z illoz ꝓpterent: z morī non recusent p salute ꝓximoz. Primatū ergo eccl'e cōcupiscere neq̄z iustum est neq̄z vtile. Quis em̄ sapiens vult vltro se subijcere seruituti z piculo tali: vt det rōnē p̄o omni ecclesia: nisi forte qui nō timet dei iudiciū: abutens p̄matu suo ecclīastico secularit': ita vt cōuertat illō in secularē. Hec ille. Cōsequent dñs ꝓponit se in exemplū humilitatis dicēs (Sicut filius homis nō venit ministrari). i. vt sibi ministret. Etsi aliq̄n ei ministratū est ab angelis vel hominib⁹: ñ tñ p̄pter hoc venit ſm Orig. et s. Tho. (sed) venit (ministrare) verbū dei z gr̄am ei⁹ et gloriam (et dare). i. exponere (animā suaz). i. vitā corpalē (redēptōez p multoz) efficaciz: z p oib⁹ sufficiens. Uz em̄ chr̄i passio suf-

morte damnat⁹ q̄ ad iudeos: et credidit
q̄ etiam a pilato damnaret ad ꝓplacentiā
p̄rincipū. Jstud aūt magis videť conso-
nū euangelio. Qualitercūq̄ tñ fuerit ipsa
el⁹ pnia inutilis fuit: quia caruit spe venie
vt ptz in textu. (At illi dixerūt: Quid ad
nos) .i. ptinet (Tu videris) .i. videbis si bñ
vel male fecisti (et p̄iectis argēteis in tem-
plo abiens laqueo se suspēdit) z crepuit:
vt dicit bea. Petrus Actu. ij. Sicut enim
dicit magist. hist. credit rupto laqueo ceci-
disse z sic crepuisse. (Principes aūt sacer-
dotum acceptis argenteis dixerūt: Non
licet eos mittere) id ē remittere sm̄ magi.
histo. (in corbonā) vnde. s. eos tulerant: vt
idē dicit. Est aūt corbona vas in q̄ vota
et oblatōes populi reponebanť: quia cor-
ban hebraice idē est qđ mun⁹ votiuū lati-
ne: vt dicit magi. histo. (Quia p̄ciū san-
guinis est) Jsti stulti reputabāt mortem
christi iustissimā: z tamē p̄ciū eius repu-
tabant prophanū: vnde conuerterūt illō
in vsum p̄ mortuis. (Consilio aūt inito
emerūt ex illis agrum figuli) id est cuius-
dam viri qui sic dicebať: eo q̄ figulus essz
sm̄ Magist. histo. Vel ly figuli: vt idē di-
cit est p̄prium nomē. Vel sm̄ alios ager fi-
guli dicebať: quia ibi quilibet figulus in-
uenire poterat terram aptam vsui suo (in se-
pulturam peregrinoz̄. Propter quod vo-
catus est ager ille Acheldemach: hoc est
ager sanguinis: vsq̄ in hodiernū diē. Tūc
impletum est quod dictū est ꝑ Hieremiā
propheram dicentē. Contra: quia in li-
bro Hiereme ista non inueniunť. Ad hoc
dicitur primo sm̄ Hieronymū: q̄ ly Hie-
remiam: nō est de textu: nec in antiquis li-
bris inuenitur. Et tūc quod dicit prophe-
tam: debemus intelligere Zachariam: q̄
Zacharie. x. habetur ista sententia: cuius
non ista verba. Apli em̄ plerūq̄ allegaue-
runt sententiā contēptis verbis. Scōo da-
to q̄ ly Hieremiā: sit de textu: dicit q̄ licz
ista autoritas nō reperiatur i libro Hiere.
quē habemus: tamē reperitur in alio q̄ non
est de canone biblie. Vñ Hiero. refert se i
quodā libello qui Hieremie ascribebatur
ista legisse de verbo ad verbuz. Tertio dr
q̄ sm̄ Hieron. in li. de optimo ḡne interp̄-
tādi: ista autoritas sentētialiter sumpta ē
partim Zacha. xi. partim Hiere. xxxij. sed
tñ Matt. totā attribuit Hiere. sicut fre-

In die paraſceues

quẽter faciunt auctores. Intelligit ãt ſic (Et acceperũt) iſti ſacerdotes (triginta argẽteos) q̃ ſunt (p̃cium appciati) .i. chriſti (quẽ) chr̃m (appciauerũt) iſti. ſ. ſacerdotes (a filijs iſrl') .i. a Juda: ponẽdo ple. p ſingulari: maxime q̃ ipe tenebat pſonã oim iudeor̃ q̃b' placebat iſta pditio. Vl'a filijs iſrael. i. a iuda et complicib' ſeu ꝟſentientib'. Credendũ eſt em̃ q̃ alicꝫ ſocios habuerit ad malũ. Vel ly a filijs iſrl' nõ referr' ad ly appciauerũt ſz ad ly accepe'r. q̃ tale p̃cium fuit ꝓmo acceptũ a ppl'o qui illõ offerebat p votis dño. (Et dederũt eos i agr̃ figuli). i. p agro figuli (ſic ꝟſtituit mihi dñs. i. ꝟſtitutũ reuelauit. Iſtud aũt vltimũ nõ habe'r in zacharia. habe'r ãt in .li. hieremie quẽ nõ habem'. z etiã ſnialit habe'r Hiere. xxxij. vbi d̃r q̃ de mandato dñi empt'r ẽ ager q̃dam. p quã emptionẽ intellexit matthe' iſtam figurari. Aug. tñ de ꝟſen. euan. q̃ ad tertiam expoſitionẽ declinat: dicit q̃ hoc vltimũ eſt intelligendũ dictũ eſſe ab euã geliſta. ſ. ſicut ꝟſtituit mihi dñs: q̃ voluit dicere ſibi a dño inſpiratũ q̃ hec ꝓphetia ad chr̃i ven-
ditiõem ptineret (Jeſus aũt ſtetit añ p̃ſidem) Tacet hic matthe' q̃d dixerint iſti qñ chriſtũ p̃ſentauerũt pilato. Dicit tamẽ Joan. q̃ pilat' dixit eis: Quã accuſatiõem affertis aduerſus hoiez iſtũ. Et illi ſic dicit Lu. accuſauer't eũ in trib'. ſ. q̃ cõmouebat gentẽ. z q̃ prohibebat tributum dari ceſari. z q̃ ſe fecerat regẽ iudeorum. q̃ſi vellet ſibi regnũ vſurpare. Sz pilat' de duob' ꝑmis nõ curauit. Nõ q̃dem de ꝑmo: q̃ cũ eſſz gentil' nõ curauit ſi chr̃us cõmouebat ppl'm p̃dicãdo opiones nouas in fide iudaica. Necꝫ dẽ ſcõo. q̃ ex publica fama nouerat: vt rõnabil'r credit q̃ ipe dixerat Matt. xxij. Reddite q̃ ſũt ceſaris ceſari: Jõ ſolũ introgauit d̃ tertia. Et h̃ ẽ q̃d dixit mat. (Et introgauit eum p̃ſes di. Tu es rex i udeor̃:) Et tũc chr̃s dixit (Tu dicis). i. verꝫ eſt. z vt dicẽ de. Joan. dixit ei. q̃ erat q̃dem rex ſz ſuũ regnũ nõ erat de hoc mũdo. Vñ pilat' intellexit q̃ nõ erat ꝟtrari' imperatori. Sic aũt dicẽ Jo. pilat' exijt de ꝓtorio. vbi i ſecreto examinauerat teſũ: et dixit iudeis. Ego nullam inuenio cãm in eo qua dignus ſit morte. Et tũc vt d̃t Lu. replicauerũt pri-
mã accuſatiõez dicentes. Cõmouit popu
lũ p oẽz iudeã incipiẽs a galilea vſqꝫ huc Et tũc vt idẽ Lu. dicit. Pilatus audiẽs q̃ galile' eſſz miſit eũ ad herodẽ: q̃ erat dñs galilee: z tũc erat in hier'lem. Herodes aũt eũ libent' vidit ſperãs ſe aliq̃d ſignũ ab eo vid're. ſz reputauit fatuũ. q̃ nihil rñdebat. Jõ remiſit eũ ad pilatũ: illuſum ꝓius in veſte alba. Et tũc vt idem Lu. d̃t Pilat' dixit ppl'o. Ecce ego nihil in eo inueni: ſz necꝫ herodes. Jõ caſtigabo eũ: ſz tñ nõ occidã: ſz dimittã illũ Et illi oino petebãt vt crucifigere't. Jõo d̃t Matthe'. ſ. poſt regreſſum chr̃i ab herode (Et cũ accuſare't a p̃ncipib' ſacerdotum z ſenioꝛib') q̃ replicabãt z aggꝛauabãt
ꝑores accuſatiões q̃z tũ poterãt (nihil rñdit. Tũ dixit illi pilat'. Nõ audis q̃nta aduerſũ te dicũt teſtimonia: z nõ reſpondit ei ad vllũ verbũ. ita vt miraret p̃ſes vehement'. Per diẽ aũt ſolennẽ). i. in die paſce (conſueuerat p̃ſes dimittere populo vnũ vinctũ quẽ voluiſſent) Erat em̃ a romanis ꝟceſſum iudeis: vt in die paſce i n q̃ recolebãt bñficium egreſſionis de egypto poſſz vnus de carcere liberari in memoriã dicte liberatiõis. Pilat' q̃ ſciens eos ad inuidiã iſtã ꝟſuetudinẽ inclinatos: z ex alia pte credẽs q̃ nunqꝫ peteret barrabã: q̃ homicida erat z ſeditioſus et peſſimus: vt h̃ Lu. xxij. ꝓpoſuit eis quẽ vellẽt dimitti de his duob'. ſ. chr̃m an barrabã: credẽs ſe hac via chr̃m liberare. Dẽ q̃. Habebat aũt tũc vnũ vinctũ inſignẽ. i. famoſum in malo. (qui dicebat barrabas) Cõgregatis ꝟo illis dixit pilatus. Quem vultis dimittã vobis: barrabã an ieſum qui dicit chriſt'. Sciebat em̃ q̃ p inuidiam tradidiſſent eũ. Sedente aũt eo pro tribunali). i. in tribunali. Eſt aũt vt dicit Raba. tribunal iudicũ: ſolũ regũ: z cathedra magiſtroꝝ ſeu doctoꝝ (Miſit ad eũ vxor ei' di. Nihil tibi z iuſto illi). i. nihil habes cũ eo facere: nec debes te d̃ eo intromittere: q̃ iuſt' ẽ (Multa em̃ paſſa ſum hodie p viſũ ꝑ eũ. Ad cui' euidentiã ſciẽdũ ẽ ſm magr̃m hiſt. z alios ſcõs q̃ diabol' vidẽs ordinẽ paſſionis chr̃i: z patientiam eius. et forte etiam ſcõs i limbo

exultantes timuit ꝙ mortē chr̄i ꝑdere ꝑn̄/
cipatū. Ideo sicut ante ꝓcurauit ei⁹ mor
tē: ne ꝙ ei⁹ ꝑdicationē ꝙuerterent̄ anie: ita
postmodū ꝓcurauit ei⁹ liberatōez ꝙ vxo/
rē pilati q̄ adhuc dormiebat. Apparuit
em̄ vt cōter tenet in somnis ope diaboli/
co aliq̄ terribile q̄ sibi et marito immi/
neret ex morte hui⁹ ſcti vir̄. (Principes aūt
sacerdotū t seniores ꝑsuaserūt ꝑplis vt pe
terēt barrabā: ihesū ꝯo ꝑderēt. Rūdēs aūt
ꝑses ait illis. Quem vultis vobis ō duo
bus dimitti? At illi dixerūt: barrabā. Di
xit illis Pilat⁹. Quid igit facia de Jesu
q̄ ōr chr̄s). i. vnct⁹. Loco h⁹ dic̄ Marc⁹.
Quid igit facia regi iudeoꝝ? Et h ideo:
qz soli reges iudeoꝝ inungebant. Dicūt
omnes: Crucifigat. Ait illis ꝑses. Quid
em̄ mali fecit? At illi magz clamabāt dicē/
tes. Crucifigat. Videns aūt ꝑsat⁹ qz ni
hil ꝓficeret: accepta aq̄ lauit manus coꝝ
populo dicēs) Per hec tamen nō excusat.
qz cū iudex esset iusticiā obſuare tenebat.
t tamē ꝓpter fauorē populi t timorem
cesaris damnauit euz sine testib⁹ t ꝓfessio
ne et ꝓcessu t defensiōib⁹ iuridicis. (Jn/
nocens ego sum a sanguine iusti huius:
vos videritis. Et respōdit vniuersus po/
pulus dicēs. Sanguis eius). i. vindicta et
pena q̄ infligenda est ꝙ sanguie seu morte
eius (sup nos et sup filios nr̄os). s. sit. t ita
factū est. qz vsq; hodie ꝓpt hoc peccatuz
sunt dispsi. Matth. aūt Marc⁹ et Lu.
hic multa omittūt: t ponūt ꝓclusionem:
quam vltimate fecit pilat⁹ ꝙ crucifigere
tur: sed Joan. supplet. Sciēdū ḡ est ꝙ
Pilatus voluit liberare chr̄m multiplici
causa. Primo qz videbat eū iustū. t iude
os odio t inuidia moueri. Secō qz vxoz
sua hoc petiuerat. Voluit aūt liberare ꝙ
mo dicēdo ꝙ erat iust⁹ t nō habebat cāz
mortis. Secō ꝓponēdo quē dimitti vellēt.
Tertio reꝓhendēdo iudeos qñ petebant
barrabā di. Quid em̄ mali fecit? t c. Vñ
tūc voluit eos multz ꝓbis auerte. Quar
to flagellādo t ꝓfundendo chr̄m: vt sic sa
tiati parcerēt ei morte. Et hoc tāgit Jo.
di. ꝙ pilat⁹ flagellauit chr̄m t coronauit
spinis: t induit purpura. t dedit ei alapas
dinez ꝙ sceptro regio. t sub ista forma du
xit eū ad populū dicens. Ecce homo. Et
tūc illi multo magis clamauerūt vt cruci
figerēt: quia ꝑm legem mori debereť. Et
addiderūt quartā accusationē. qz filiuz dī
se fecit. Quod cū audisset Pilatus valde
timuit viri scriptē. t iterꝝ introduxit eū
intus in ꝓtoriū. t interrogauit. Unde es
tu? t c. Et statuit pilat⁹ omnino liberare
eū: ſz iudei clamauerūt. Si hūc dimittis
nō es amic⁹ cesaris Quod cū audisſz pi/
latus: dūm suū cesarē timens offendere:
dedit sniam q̄ chr̄s crucifigerēt. Oia ꝓ
dicta diffuse narrat Jo. sed alij omittunt
tangentes breuit ꝙ pilat⁹ eū flagellauit:
t illusit et ꝓdenauit. Dicit ḡ Mat. (Tūc
dimisit illis barrabā: ihesū aūt flagellatuz
tradidit eis vt crucifigerēt. Tūc milites
p̄sidis suscipientes ihesū) Jsta nō sunt facta
post sniam de morte ei⁹: sed ante: vt di
Jo. sed tam e Mat. hic ea recapitulat (in
ꝓtorio). id e domo in qua ꝓtoz iudiciū fa/
cit (ꝙgregauerūt ad eū vniuersā cohoz/
tem. Et exuentes eū chlamydē coccineā
circūdederūt illi). i. vestez rubeā i silitudi
nē purpure q̄ reges vtunt. Vñ Marcus
dicit cū indutū purpura. Vel forte in ea
aliq̄d purpure fuit (Et plectētes coronaz
de spinis). i. iuncis marinis: vt dic̄ magr
hist. ꝙ iunci pungūt vt spine. (posuerunt
sup caput eius t arundinē in dextra eius:
Et genu flexo ante eū illudebāt ei dicētes
Aue rex iudeoꝝ (ſſi dicerēt. Voluisti q̄dē
sz neq̄isti regnare. Jsta faciebant genti/
les. sed tñ vt dicit mgr hist. qz iudeis au/
ctoribꝫ ista fiebāt: ideo in passionē ad o/
rationē ꝙ iudeis genua nō flectim⁹. q̄quis
vt idē dicit forte etiā aliq̄ iudei cū gentī/
libꝫ idem fecerūt. (Et exuētes in eū acce
perūt arūdinē t ꝑcutiebant caput ei⁹. Et
postq̄ illuserūt ei) coꝝ ꝑplo. Sic ei dicit
Joā. t allegatū e: duxerūt eum i ꝑspectu
populi indutū purpura. et rōnabile est ꝙ
dixerūt etiā. Aue rex iudeoꝝ videte popu
lo ꝙ q̄etādo ista fiebāt (exuerūt eū chla/
mydē coccineā. t induerūt eū vestimentis
ei⁹) in q̄bꝫ ducit⁹ e ad mortē vt cognoscere
tur ab oib⁹ (Et duxerūt eū vt crucifigerēt
ipe tū portabat crucē suā vt dr Jo. (Exe
untes aūt) de ꝓtorio chr̄s t duo latrōes
cum illis: post q̄s secute sunt nobiles mu/
lieres: vt dic̄ Luc. (inuenerūt hoiez exre

neum(a cyrene ciuitate: (noīe Simonem hunc angariauerūt). id est iniuste coegerūt ad pſonale onus: vt.ſ. pſonaliter ſuiret i portando crucē chri. Est em angaria onꝰ pſonale tm: pangaria ſo onus pſonale et reale: vt cū quis aliqđ ſuis expensis facit: (vt tolleret crucē eius) ſedqz dicit Jo. q chriſ portauit crucē ſuā: oportz dicere q chriſus eam p aliquā vie partē portauit: ſedqz feſſus erat: impoſuerūt eā alij. Vel oportz dicere q ſimon adiuuerit chm: ita q ambo portabant, z hoc innuit Lu. dicēs: Et imposuerunt ei crucē portare post iesum (Et venerunt in locuz q dicit golgatha: qđ est caluarie locus.) Scōz magi. hiſt. ille locꝰ dicebaꝫ caluarie vel caluariaꝝ locꝰ: qz ibi decollabanꝫ rei: z erāt ibi mlta oſſa capitū humanoꝝ. Caluaria em ꝓprie est os capitis hūani. Sctūs aūt Amb. ſupr epl'am ad Roma. dicit ibi ſepultū eſſe Adā z ab eius caluaria ſic appellatū eſſe locū. Sed vt dicit idē Magr: iſta creduntꝫ a falſatꝛis fuiſſe inſerta dictis Ambroſij. Lz em Adā habitauerit in hierlem: vt dicit Hieronym. ad marcellā in epl'a q̄ incipit: Wenſurā charitas. in q̄ etiaz dicit q fuit ſepultus in loco caluarie: et aliꝝ opiniōe loquēs vt credo: tñ idē ſupr Mat. ōr: q adā fuit ſepulꝰ in ebron: vt patz Joſue. xiij. Vñ ebron antiqtus dicebaꝫ cariatharbe .i. ciuitas q̄ttuoꝛ. qz q̄ttuoꝛ magni pꝛiarche ſunt ibi ſepulti cū vxoꝛibꝫ ſuis. ſ. Adā et eua: Abraā z ſara: Jſaac z rebecca: Jacob et lya. Et lz ebron nō ſit hierlem: ē tñ ei vicina. Vñ in eadē terra paſſus eſt dñs et habitauit ac ſepulꝰ eſt adā. Et paradiſus etiā terreſtris videt ſub eadē regione eſſe verſus orientē: qz illa regio eſt tēperatiſſima: vt dicit ab Alberto de natura locoꝝ: q dicit: q optima habitatio ē ſub pallelo tranſeunte p Rodum inſulā. Dicit aūt ſctūs Tho. iij. q. xlvj. arti. x. ad. iij. q quen: ētius eſt chm eſſe crucifixū in loco dānatoꝝ q̄ iuxta ſepulcꝝ ade: in ſignū q nō ſolū p originali pctō: ſedetiā p actuali moꝛiebaꝫ. Est aūt notandū q nō eēt ꝓtra fidē necꝫ ꝓtra ſcripturā exꝓſſ: tenere q adā ſepulꝰ fuerit in hierlm: lz ſit falſuꝫ Sed ꝓtra ꝓmo: qz ebron dicebaꝫ antiqꝰ cariatharbe. i. ciuitas q̄ttuoꝛ. ſ. pꝛiarchaꝝ Dico q ſm aliqs dicebaꝫ cariatharbe .i. ciuitas arbe patris. ſ. Enoch: vel ciuitas quattuoꝛ gigantū ibi ſepultoꝝ. ſ. achymanſiſai: thalmai: z patris eoꝝ. Sed ꝓtrā iterū ſecūdo: qz Joſue. xiiij. dicit q ibi ſez in ebron Adā maxim⁹ ſepultus eſt. Dico q adam fz aliqs eſt nomē appellatiuū: lz appꝛopꝛiet ꝓmo hoi: vñ idē eſt dicere: Adā maxim⁹ qđ hō̄mo maxim⁹. Et ſic ſm alios ꝓpꝛie ꝓmo: ſm aliqs ꝓ quodā gigāte: ſm alios ꝓ abraā. Et ꝓfir matur: quia dicit adā maxim⁹ ad differētiam minoꝛis: quē nō eſt facile fingere qs fuerit: niſi ſumat adam ꝓ homie. Confir mat etiā: qz Amb. etiā i. xix. epl'a ad oꝛōci anū: tenet adā ſepultū fuiſſe in mōte caluarie. (Et dederūt ei bibere vinū cū felle mixtū) Joā. dicit q erat acetū. Mar. ſo q erat vinū myrrhatū. Dicit aūt Aug⁹. de ꝓſen. euāge. q Mat. poſuit fel ꝓ amaritudine. Vinū em myrrhatū est amariſſimū. Qz aūt dicit Joē. q fuit acetū. dicit dupl'r. Vno mō qz illō vinū erat acetoſū. Ad cuius euidentiā ſciendū est q in q̄dā libꝛo hebꝛeoꝝ q̄ intitulaꝫ Judicū oꝛdinatioꝝ: ſcribit: q qz Salomō dixerat Pꝛouerb. xxxj. Date ſicerā. i. potū inebriatiuū merentibꝫ: et vinū his q̄ amaro ſunt animo: vt bibāt z obliuiſcanꝫ egeſtatis ſuē: z doloris ſui nō recoꝛdenꝫ amplius. Jō ſenioꝛes iudeoꝝ occaſione dicti Salomōis ſtatuerūt vt morte dānatis darēt vinū aromaticū: vt poſſent facilꝰ mortē tolerare. In hierlm aūt erāt mulieres deuote: q̄ ex pietate z deuotiōe hoc vinū dabāt. Judi ergo cupiditate z crudelitate dicti: tle vinum ꝓ ſe acceperūt: iuxta illud Amos. ij. Vinū dānatoꝝ bibebāt. Loco aūt eius poſuerūt vinū aceroſum cū felle. i. myrrha pmixtū. Poſſumꝰ etiā dicere ſcōo: q illō vas de q̄ dicit Joan. q erat aceto plenū: nō ꝓtinebat vinū aut portionē que dabaꝫ dānatis ad exhilarandū: ſed erat ibi p foꝛe cadauer: vel alia cauſa: puta qz foꝛet vt dicit Magi. hiſt. milites tulerāt ſecum vile vinū ad bibēdū: qđ ex ſolis caloꝛe ꝓſum fuerat in acetū. Vñ z Mat. q ōr illō vinū nō fuiſſe felle mixtū: poſtmodū in ſequētibꝫ facit ēt mētionē de gꝛeco. Vñ iſtō ſcōm videt vex. Primū ō iſto aceto Joā

nes dicit q illud accepit: qđ de vino myr-
rhato vl felleo negat. Primū vinū qđ da
mnatis dabat a pncipio passiois dabatur
vt videt: istud aūt acetū fuit chžo in fine
passiois oblatū. Vñ eo accepto dixit: con
summatū est: fm Joā. Et cū gustasset no
luit bibere) Marc⁹ dicit: q nō accepit .s.
ad bibendu: accepit tñ ad gustandū (post-
q̄ aūt crucifixerūt eū) in medio duo-
tronū: t dicentē: pater ignosce illis (Diui
serūt vestimēta ei⁹) .s. in q̄tuo: ptes fz q̄t
tuo: milites qui eū crucifixerūt: vt ot Jo.
(mittētes sorte) sup tunica icōsutili: vt ot
Joā. qz eā diuidere noluerūt (vt implerē
qđ dictū est p apham). s. Dauid: q̄uis fm
Hiero. hoc nō sit de textu Matt. sed Jo.
(dicentē: Diuiserūt sibi vestimenta mea)
alia. s. a tūnica incōsutili (t sup vestē meā)
.i. tunicā pdictā. (miserūt sorte) nolētes eā
p diuisionē destruere (et sedētes seruabāt
eū) ne añ morte de cruce rapetur. (Et im-
posuerūt sup caput ei⁹ causam ipsi⁹). i. cau
sā mortis sue (scriptā) Consueuerāt em sic
iudei facere morte dānatis. Hec aūt fuit
causa (Hic ē ihesus) nazaren⁹: vt addit Jo-
an. (rex iudeo-). i. qui ideo damnatus est:
quia cōtra cesar⁹ volūtatē voluit sibi vsur
pare regnū iudeo-. Scripsit aūt hec pila
tus fm alios verisorie: quia non credebat
ita esse. Vel ad informandū aspicientes de
malicia iudeo- : q suū regē crucifixerunt.
Vñ ad eo- instantiā noluit titulū muta-
re. Fuit autē iste titul⁹ scriptus hebraice:
grece t latine fm Lucā t Jo. vt oēs lege-
re possent. Fuit autē ortroversia inter pi-
latū t iudeos p eo q illi nolebāt q scribe-
retur rex iudeo-, sedq: se dixit regē iude-
oꝝ: sed pilat⁹ nō addidit eis: vt ot Joā.
Sicut aūt dicit Hagi. histo. in cruce dñi
q̄tuo: lig̃ dicūt fuisse. s. trūc⁹: lignū trās-
uersū: t tabula cū clauilla infixa sup caput
iesu: t lignū defossū in terra cui ifixa erat
crux. Et forte vt dicit: oia illa ligna erant
diuersa: quia lignū crucis inuenit esse pal
me t cypressi: t vt quidā tradūt oliue t ce
dri. Du autē crucifigeret dñs: sicut dicit
Luc. orabat p crucifixorib⁹: (tūc crucifixi
sunt cū eo duo latrones: vnus a dextr⁹: et
vnus a sinistris) vt videret et ipe tanq̄ la-
tro vel vicios⁹ iuste dānat⁹. (Pretereū-
tes aūt blasphemabāt eū). s. vulgares (mo
uentes capita sua t dicētes: vah) interie-
ctio est subsamnātis vl irridētis (q destru
it tēplū dei: t ī triduo illō reedificat: Sal
ua temetipz. si fili⁹ dei es: descēde de cruce
Sil'r et pncipes sacerdotū illudētes cum
scribis t senioribus dicebant: Alios saluos
fecit: seipm nō pōt saluū facere. Si rex isr'l
est: descēdat nūc de cruce t credim⁹ ei. Cō
fidit in deo: liberet eū nūc si vult. Dixit ei
q: filius dei sum. Idipm aūt et latrones
q crucifixi erāt cū eo iproperabāt ei) Con
tra: qz Lu. dicit q vnus aliū increpabat.
Ad h dicit duplicit. Primo fm Aug⁹. q
Mat. ot latrones id fecisse: qz vn⁹ eo- fe
cit eo mō q̄ societas ot facere qđ alios de
societate facit. Scdo fm Hiero. q a pnci
pio ambo id faciebāt: sed postmodū alter
visis mirabilib⁹ q fiebāt: penituit et pfes-
sus est regnū chri: t statim ei dñs paradi-
sum pmisit. (A sexta aūt hora) hac em ho-
ra fm Matt. t Lu. t Joā. videt dñs cru
cifixus: sed Marc. dicit: q hora tertia.

Pro hoc aūt intellectu sciendum est q
dies artificialis duodeci habet horas ine
q̃les: t hora sexta pplex in meridie. Sz tñ
he hore ita pputant⁹ vt due vel tres sil' p
vna ponant: sicut dicim⁹: pma: tertia: se-
xta: nona. Scōm g Aug. hora tertia fuit
crucifix⁹ linguis iudeo-: qz. s. supplicaue
rūt vt morere: ex q̄ supplicatiōe secuta est
mors tandē multis adūctis. Hora so se-
xta manib⁹ militū: sed fm rei veritatez fuit
tps mediū inter tertiā t sextā horā: iō ab
vtroq extremo pōt denoiari. Vñ Jo. ot:
erat hora q̄si sexta. s. qz iā trālierat tertia
et currebat mediū inter tertiā t sextā. Et
reuera credo dñm crucifixū paulo añ. vj.
et i. vj. icepisse tenebras: vt ot mat, cū sub-
iūgit (tenebre facte sunt sup vniuersaz ter
rā). s. iudee fm alios (vsq ad horaz nonā)
Hiero. ot has tenebras fuisse: qz sol retra-
xit lumē suū: sed loq̄t iproprie vt dicat sol
lumē retraxisse: qz hoib⁹ nō lucebat impe
ditus. Orig. aūt dicit hui⁹ cām fuisse de-
sissimas nubes. sed Diony. ad Policar. ot
hui⁹ cām fuisse lunā: quā ipe vidit: vt ot
eclipsantē solē. Potuit aūt vtraq cā fuis-
se in iudea: vt. s. simul essent nubes t eclips
Fuerūt aūt circa istā eclipsim mlta mira-

cula q̄ elicit san. Tho. ex ꝓbis Dionȳ. iij. q. xliij. Primū q: facta est in oppositione luminariū cū nunq̄ nakalit fiat nisi i cōiūctōe. Scōm q: ō sero luna fuit visa i loco suo in oriēte oppositā soli diametralit: ita q̄ miraculose mota est ad occidentē vt solem eclipsaret: z post miraculose restitutum est ei deperditum: acsi nō retrocessisset. Tertiū q: incepit obscurare solem a parte orientali: cū nakalit fiat ecōtrario. Quartū quia illa pars solis q̄ vltimo fuit obscurata ꝓmo cepit lucere: cū naturalr e ꝓrio fiat. Quintū addit Chrysł. quia tribꝰ horis durauit. s. a. vj. vsq̄ ix. Etsi q̄ratur quare de hoc astrologi nō fecerūt mentionē. Dicitur q̄ tūc nō aduerterūt: q: nō ꝓsiderabant de eclipsi: sed ex alia causa talē passionē crediderūt accidisse. Sed Dionȳsius existens in egypto vbi raro sunt nubes vidit illā. Quauis etiā quidā historicus de hoc videat facere mentionē. Hec oia ex illo. Post p̄dicta aūt vt colligit ex Joan. z aliis euāgelistis: chīs Joāni cōmendauit virginē. Deinde dixit: Sitio: vt videt (et circa horā. ix. clamauit iesus voce magna dicēs: heli: heli: lāma azabthani: Hoc ē: Deus meus deꝰ meꝰ vt q̄d dereliq̄sti me) Sicut āt dicit Glo. nō dereliq̄t deus christum quasi diuinitas fuerit ab humanitate separata: sed quia eum nō defendit ab aduersarijs videbat q̄dammodo eum dereliquisse Est tū notanduꝫ q̄ sicut orauit Transeat a me calix iste: ad exꝑmendum sensualitatꝫ motū: ita eodē modo hic exꝓtestat hanc vocē. s. ad oīendū suuꝫ magnum dolorē in sensu: z ꝓsequenter verā humanitatē. (Quidā aūt illic stātes z audiētes dicebāt Heliam vocat iste) isti fuerūt rhomani: vt dicit magi. hist. z Hiero. q̄ nō itelligētes hebraicū: cū domin⁹ dixit: heli: crediderunt q̄ vocaret Heliam. (Et ꝓtinuo currēs vnus ex eis acceptā spongiam implevit acero: z imposuit arundini z dabat ei bibere) Sed quare hoc fecit: Dico q̄ hoc fuit: quia vt dicit Joānes: christus dixerat: Sitio. Sed si iste erat vnus ex rhomanis quō intellexit hoc: Ad hoc dico q̄ ibi ante crucē erat mater chīi z mlr ti alij: quia vt dicit Joan. imediate añ p̄dictū verbū chīs matrē Joāni cōmendauerat. Ideo isti exposuerūt ei. (Ceteri vo dicebāt: Sine videam⁹ an veniat helias liberās eū) Isti derisorie loq̄bant. Vlr fortē iā incipiebāt interi⁹ tangi ex inspectiōe tenebraꝝ: z ex magno clamore quē existēs in extremis emittebat q̄ erat insolit⁹ (Ie sus aūt itez clamans voce magna emisit spiritū) z in hoc clamore videt dixisse ꝑm Lucā: In manus tuas dñe z̄c. ꝑm Joā. Cōsummatū est: z vtrūq̄ sine dubio dixit: sed ꝓbus vt credo Consummatū est. Deinde vltimate cū traditurus esset spm̄ cōmendauit illū patri dicēs. In manus tuas z̄c. Ex his ptz q̄ dñs in cruce septies est locutus. Primo ad patrē ꝓ crucifixoribꝰ orans. Secūdo ad latronē ꝓmittendo paradisum. Tertio itez ad patrē clamās se derelictum. Quarto ad matrē z discipulū Quinto dicēs Sitio. Sexto dicēs: Consummatū est. Septimo dicēs In manus tuas z̄c. (z ecce velum templi) quod erat duplex: vt patz Exod. xxvj. vnū. s. quod pendebat ante faciē tēpli. Aliud qō pēdebat ante sctā sanctoꝝ: siue intelligat ō hoc siue de illo (scissum est in duas partes a sūmo vsq̄ deorsum) z scissio eius significauit q̄ ꝓ mysteriū chīi ꝓplete z ꝓsummate erāt figure: z conseq̄nter que in veteri testamento latebant; sub velo figuraꝝ erant publicāda (Et terra mota est: z petre scisse sunt: z monumēta apta sūt: z mlta corꝑa sctoꝝ q̄ dormierāt surrexerūt) Etsi quidā surrexerūt tūc q̄ monumēta sunt apta. i. ante resurrectōez chīi: itez mortui sunt: quia chīs est ꝓmogenitus mortuoꝝ Vide de hoc in die pasce (et exeūtes ō monumētis) hic fiat punctus si resurrexerūt ante chīm z ꝓsequenter itez sunt mortui q̄ rōnabilius videt (post resurrectiōem eius venerūt in sanctā ciuitatē) id est hierusalē (et apparuerūt multis. Centurio āt z q̄ cū eo erāt custodientes iesum: viso terremotu z his q̄ fiebant: timuerūt valō dicētes: Vere filius dei erat iste) Sed nota q̄ Centurio maxime motus est ex clamore christi in morte. quia impossibile est hoiem ita fortē vt clamare possit: stati exꝑirare ꝑ vulnus ꝓus illatū. Et hoc innuit Dar. di. Videꝫ q̄ sic clamās exꝑirasset dixit: vere z̄c. Vide de ꝟ. s. Tho. si vis:

in ꝓncipio ꝓmi ꝙdlib. (Erāt aūt ibi mulieres mlte alōge) Cōtra: qz dicit Jo. q̄ stabāt iuxta crucē. Ad ꝫ dr duplicit Primo q̄ stabāt alōge respectu militū: sed tñ ita ꝓpe erāt vt audirēt loq̄ntē: vt dr Jo. Secūdo q̄ a ꝓncipio qñ fuit tumult⁹ stabāt alonge: z ꝓstea stabāt ꝓpe q̄ secute erant iesum a galilea: ministrātes ei. Inter q̄s erat maria mag. z maria iacobi: z ioseph mater: z mater filioꝝ Zebedei. Cū sero āt factū essz venit quidā hō diues ab arimathia). i. de arimathia ciuitate q̄ olim dicebat ramata (noie Joseph q̄ z ipe discipulus erat iesu. Hic cū esset nobilis z decurio) vt dicit Mar. id ē habēs sub se. x. milites. vel decurio. i. de curia siue curialis: (accessit ad pilatū) audacter. vt dr Mar. quia morte chri erat factus animosior: (et petijt corpus Jesu: Tūc pilat⁹ iussit reddi corpus) Tū quia Joseph erat nobilis. Tū quia sciebat chm iniuste crucifixum (et accepto corpe ioseph inuolut illud in syndone munda). i. in panno lineo. Vñ et statutū est q̄ soluz in tali panno ꝓsecratio fiat eucharistie: z non in serico vel alio: eo q̄ in tali fuit chri corp⁹ inuolutū in sepulcro (z posuit illō in monumēto suo) z cōsq̄nter magnifico (nouo) ꝓpter reuerentiaz dñi: z ne dicerēt iudei: si fuisset ibi ꝑus alīq̄s sepultus: q̄ ille surrexisset z nō chr̄us. (qō exciderat in petra) Erat āt vt dr Beda factū tanq̄ quedā parua camerula: et intus erat locus ad reponendū corp⁹. (et aduoluit saxū magnū ad ostū monumēti z abijt. Erāt aūt ibi maria magdalene: z altera maria sedentes ꝓtra sepulcrū) ō isti dicēt in sabbato scrō (Altera aūt die q̄ est post parasceuen) Est aūt parasceues feria sexta que dicebat parasceues. i. ꝓparatio: quia. s. in ea ꝓparabant cibaria ꝓ sabbato. (Conuenerunt ꝓncipes sacerdotū z pharisei ad pilatū dicētes. Dñe recordati sum⁹ qz seductor ille dixit adhuc viuēs: post tres dies resurgaz: Jube ergo custodiri sepulcrum vsq̄z in diē tertiū: ne forte veniāt discipuli eius z furent eum: z dicant plebi: surrexit a mortuis: Et erit nouissimus error peior ꝓre. Ait illis Pilatus: Habetz custodiā) id est habeatis siue accipiatz milites meos q̄ custodiant (z custodite sicut scitis) quia non eritis deo cautiores (Illi aūt abeuntes munierūt sepulcrū) militibz armatis (signātes lapidem) id ē sigillātes vt viderēt si aliq̄ modo moueret (cum custodib⁹) nō quidē signatis sed ad signū deputatis. Hec aūt q̄ ad historiā z literale sensum dicta sunt breuiter: quia si me diffundere voluissem de hoc solo oportuisset libz conficere

Passio dñi nostri iesu christi scd̄m Marcū.

Rat pascha et azyma post biduū. et querebant summi sacerdotes z scribe quō iesum dolo tenerēt z occiderēt. Dicebant aūt: Nō in die festo: ne forte tumultus zc.

e Rat autē pasca et azyma post biduū zc. (Adolescēs aūt quidā zc.) Iste fz aliq̄s fuit Jacob⁹ frater dñi: fz alios Johannes euāgelista: fm alios aūt adolescēs de domo in q̄ comedērāt agnū (Abba pater) Abba idē est qd̄ pater: z fm aliq̄s est hebraicū: fz alios chaldaicū. (Anathematizare). i. iurare p̄ execrationē (decurio). i. vnus de curialib⁹. Decuriones em̄ dicuntur qui sunt de curia. vl decurio dicit qui sub se. x. milites hz: sicut centurio q̄ habz centum. (et audacter zc.) Pri⁹ em̄ erat discipulus chri sed occultus. Ex⁹ exēplo mortis chri fact⁹ est animosior. Cetera patēt ex dictis in passiōe fm Matth.

Passio dñi nostri Jesu christi scd̄m Lucā.

Ꝓpinq̄bat dies festus azymoꝝ q̄ dr pasca: z q̄rebāt ꝓncipes sacerdotū z scribe quō iesum interficerent zc.

a Ꝓpinquabat dies fest⁹ azymoꝝ q̄ dr pasca zc. (Intrauit sathanas in iu

dam(scz p effectū suggerendo :qz induxit eū ad malū(meā cōmemoratōem)Nā eu charistie ꝓsecratio ē q̄daz passiōis chr̄i cō memoratio.vt pz.j.Cor.xj(ꝓtētio).i.in q̄sitio supba(maioz).i.aptioz ad regimen (bñfic)a bñfaciendo (vocant)a subditis adulātib⁹ ſm Ciril.(Nō ita erit iter vos) .i.nō ambietis ꝓmatū.nec ex hoc vos ma iores reputabitis q̄ alij⁹ p̄lati erit⁊(expe/ riuit).i.aggressus est suis rētatōib⁹ (Ego rogaui p te petre vt nō deficiat fi.r.) .s.fi nalit̄.Cz em negauerit tñ penituit. Vl'p pctm intelligit̄ ñ ꝓsona sz officiū:vt petr⁹ sit idē ſm alios qō pontifex roman⁹.cui⁹ fides nūq̄ deficit.Sz ista expositio patit infinitas q̄stiōes(ꝓfirma)i.ꝓfirmab me/ mor ꝓprie fragilitat⁊/q̄ habz sacerdociū)Vl'i/ de de his dñica q̄rta aduent⁹(qō scptū ē) scz Esa.liij.(optet impleri de me.Et cum iniquis deputat⁹ est.Ecce duo gladij h.) Obliti pere de gladijs loquūt:qz mḡm defensare volebant.(Scitis tc.) Un⁹ ei ensis euaginatus quē iussit reponi suffici enter oñdit q̄ chr̄s voluntarie patiebat. Alij⁹ nō euaginat⁹ oñdit q̄ apli nō sūt p/ missi facere qō licuisset.et ꝓsequnt̄ q̄ meli/ or est patiētia q̄ defensio etiā licita(ꝓfor/ tans eū)eo mō q̄ ꝓfortat hō ad p̄sentiaz amico⁹.nō aūt q̄si doceret eum aliq̄d qō nesciret(in agonia)ꝺr aūt agonia ab ago/ ne.nō qz sensualitas pugnaret cū rōe :sed qz pugnabat cū morte quā horrebat.Si cut em doct⁹ sctūs Tho.in.iij.sen.t.iij.p. sensualitas in chr̄o mouebat sic rō vole/ bat.Vel ꝺr angonia p nr:ab ango q̄z.qō ē p̄mere t ꝓtristare.sz p̄mū est ver⁹(sic gut te sanguis tc)ſm alios ex magna agonia exiuit aliq̄d de sanguine p⁹t iudoie s. alios fuit hoc supnaturale ad significādū vt dicit Aug.de corpe suo manatura mar tyria. Notādū ꝯo est q̄ sanguinē fudit chr̄s.Primo in circūcisiōe:vt discas rese care carnalia.Scōo i orōe vt ores feruē ter.Tertio in flagellatōe.Jo.xx.vt susti/ neas aduersa.Quarto i crucifixiōe añ mor tē.Mat.xxvij.i remediū pctōz nr̄orum. Quinto in lāceatōe.Jo. xix.i signū sacro rū.Sexto i ipositōe corone.Jo.xix.vt sci as coronā regni nō te posse delicijs cōphē dere(p tristicia)Tristicia est de malo p̄se ti q̄ repelli nō pōt.Ergo ē cū aggūatio/ ne animi deſſi sub pōdere mali.t ꝓsequn ter cū ipedimēto mor⁹ spūuz ad organa sensuū:q̄b⁹ spiritib⁹ exercenk opa vite. Jō in tristicia cessant ista opa.Sic ēt fit in so mno causato ex euaporatōe cibo⁹ ad ce/ reb⁹.Humores eni ingrossat⁹ a cerebro rōe frigiditat⁊ descēdūt ad organa sensuū t obstruūt meat⁹ spūuz:t sequtur somn⁹. (Simite vsq̄ huc).i.pmittēdi sūt vsq̄ ad hoc vt me comphēdant:vt dicit August. (Principes sacerdotū.)Ex q̄ ptz q̄ lz ma ior ps p̄ncipū expectarēt i ciuitate :tñ ibi fuerūt alīq̄ eo⁹ vt diligēti⁹ res agerek(ve lauerūt).i.posuerūt,velū p oculk(signum aliq̄d).i.miraculū (At ipe nihil rñdebat) Tū qz ille erat indign⁹ videre miracula: qz curiositate mouebak.Tum qz lꝺbasset chr̄m si fecisset miracka. aut fuiss⁊ locut⁹ q̄ ei placuissent(indutū veste alba)Sic ei tūc illudebak fatu⁹. (Nam antea inimici erant ad inuicē)Cā aūt erat:qz vt dic̄ Cl rill⁹.q̄dā Judas galile⁹ de q̄ hr̄ Act. v. suasit multis ne cesari tributa p̄starēt.t q̄ dam die eo sacrificāte cū socijs(lz nō habe atur vbi)pilatus eos occidit. Sz mḡr hi sto.dic̄ q̄ q̄dam mag⁹ dicēs se dei filium multos galileos seduxit.Et dum sacrifi carēt in monte garizim:vnde diterat se a/ scensurū in celū:pilat⁹ eos occidit.Et fu/ it indignat⁹ herodes q̄ subditis suis pi/ latus inferret morte(venient dies).s.de/ structōis hierl'em(Bte steriles)Nā q̄dā mater tūc filiū suū comedit:vt testak Jo sephus(Cadite).i.vtinā caderēt sup nos montes et occiderēt me tātis mal' affice/ remur.(Quia si in viridi ligno).i.in chr̄o apto ad fructificandū (hec faciunt)iudei: q̄ scz me occidunt (in arido).i.in populo iudaico arido t incisione digno (q̄d fiet) id ē q̄ vindicta erit sup eum:q̄si dicat :ma gna(nequā).i.imq̄ et mali.(quia nesciunt q̄d faciūt)scz simplices t illrati decepti a maioribꝰ.q̄ bene sciebāt se occidere chr̄m quē cognouerūt heredē(in paradiso).i.in visione dei.Statim em morituo chr̄o oēs sufficient purgati viderunt deū. Unde si latroni sunt in cruce peccata dimissa quo ad culpā t penā:vt inuūt ꝯba chr̄i :stati p⁹ morte fuit btūs:lz ñ fuerit i paradiso.i.

in loco paradisi seu in celo (et sabbatū illucescebat), i. incipiebat. qz. s. solēnitas sabbati incipiebat in vesp̄is p̄cedentj die

Passio dñi sm Joānē.

Gressus iesus ꝛc.

(Sciebat aūt ꝛ iudas q̄ tradebat eū locū) Sed quō h̄ p̄scivit cū ante cenā completā exiuerit? Rndz s. Tho. ꝛ Ebry. q̄ chr̄s in magnis festivitatib⁹ consueuerat discipulos ducere seorsum ꝛ de festo docere aliq̄ sublimia. q̄ fas nō erat alios audire Jō iudas existimauit q̄ tūc illud faceret in monte ꝛ in horto. Hec illi. Quib⁹ addere possum⁹: quia sm Lu. cōsueuerat chr̄istus post cenā illuc ire. ꝛ q̄ habebat explorat⁹es iudas post chr̄m sicut habebat armatos. (Eū accepisset cohortem ꝛ c.) Dicit san. Tho. q̄ iudas tenuit omnē modū ne effugeret. Nā et contra turbas arma: ꝛ cōtra tenebr⁹as latebras lumina habuit. ꝛ cōtra potētes habuit cohortē: ne. s. quis impediret operantē p̄ p̄testatē publicā. ꝛ p̄tra zelātes p̄ lege habuit ministros pharisē⁹os ꝛ pontificū. ne. s. q̄s egreferret q̄ eū caperet p̄ romanos. (Ego sum) In hoc sm sctm Thomā oñditur q̄ etiā a iuda nō cognoscebatur etiā ad vocē: qz etiā scda vice idē repetiuit. s. ego sū (ceciderūt in terrā) p̄strati p̄ bo chr̄i. Ex q̄ evidenē patuit q̄ fugere nolebat. Sed q̄re nō fuerunt 2uersi viso tali miracl'o? Ad hoc dico q̄ erant dure cervicis. Nōne mlta alia fecerat maiora: qz fecit in suo transitu: ttñ non sunt cōuersi: (vt implerek sermo quē dixit) scz ip̄e dñs anre passionē (Non pdidi ex eis quenq̄). i. ñ pmisi mori corp̄e vel spū finaliē. Hoc em̄ dixerat etiā de salute corp̄ali discipulor. Inde tñ ip̄e excepit iudā q̄ spūaliē et corp̄aliter perīt. (Et alius discipul⁹). i. Joānes (erat notus p̄tifici) qz. s. portabat ibi pisces: vt dicit s. Tho. missus a p̄ē (Ego palā locut⁹ sū) Sed cōtra: qz mlta p̄posuit discipul' seorsum in parabolis: vt p̄z Mat. xvj. Rndet s. Tho. j. q̄ dicta duodecim aplis nō reputabant dici i occlto. Secūdo q̄ nō p̄ponebat ea discipul' intentione occultādi. Tertio q̄ dñs hic loquitur de doctrina quā pp̄ter tradidit: quā illi ñ p̄posuit in 2uenticul' (Interroga eos qui audierūt) qui in hac re tibi sunt credibiliores (si male locutus sum ꝛc.) Sed 2. qz videk chr̄s facere 2 doctrinā suā Mat. v. vbi dicit. Si quis te p̄cusserit in vnā mxillā p̄be ei; ꝛ aliā. Ad hoc dicit Aug. q̄ illud p̄ceptū ꝛ sīlia nō intelligūt data absolute sed solū sm p̄parationem animi vbi expediret ad honorē dei et vtilitatē ecclesie. vbi 2 expedit rndere respondendū est: vt h̄ fecit chr̄s (A caipha in p̄torīū) aliqui textus habent: ad caiphā: sed sunt incorrecti, vt patz in greco: teste san. Tho. Dato tñ hoc dic̄ s. Tho. posse dici q̄ Anna p̄uenerat eos q̄ ducebant chr̄m ad pilatū vt eū informaret. Vel q̄ p̄torīū p̄sidis erat in domo anne: in qua tanq̄ in spacio 2 sa p̄ses hospitabat. Sed vt dicit in greco habek a caipha in p̄torīū. Sed contra: qz adhuc eu ēgelista nō dixerat chr̄m fuisse ductū ad caiphā: ꝛ 2sequent nō debuit dici: a caipha. Dico q̄ hoc dixerat implicite cū dixerat q̄ duxerūt eū ad Annā p̄mū. Erat em̄ socer caiphe. In hoc em̄ q̄ 2r p̄mū: subintelligit q̄ scdo duct⁹ sit ad caiphā. Jt em̄ 2: qz dicit⁹ Joan. q̄ ip̄i. s. sacerdotes nō introierūt p̄torīū. q̄ caiphas ñ p̄cessit: q̄si pilatum informaturus. Dico q̄ verū est. sed tñ si illud dicak dici p̄t q̄ erat q̄re p̄torīū: et ibi p̄sidē informabat (manducarēt pascha). i. panes azymos: quos ꝛz s. Tho. licite solū mūdi edebant (nobis ñ licet interficere quenq̄) quia. s. sm sanctū Tho. romani eis abstulerāt p̄tātē sanguinis. Vel hoc dicūt rōne solēnitatis. sed p̄ mū est meli⁹: qz vtiq̄ poterant eū cōservare vt post pascha p̄ducerek ad mortem.

Sed quō occiderūt Stephanū Act. vij. Rndet Ebry. q̄ romani 2cesserant vt iudei legitimis suis vterent. Erat āt mor⁹ lapidatōis inflicta p̄ legē: et consequent eis concessa. nō aūt mor⁹ crucis q̄ erat execrabilior. et quam tanq̄ turpissimā intendebāt (nunq̄d ego iude⁹ sum) q̄si dicat: ex me ista nō 2cepi. (Regnū meum nō est de hoc mūdo). i. rpale. q̄si di. Sum q̄dem rex ꝛ nō talis q̄lis cesar. (Omis q̄ est ex p̄itate). i. qui ex p̄te est p̄itatis: quia. s. eam diligit ꝛ sequit (Quid est veritas?) Ad hoc nō rndit chr̄ist⁹: qz pilat⁹ coact⁹

est exire ad clamores iudeoꝝ (Ecce hō) q̄i dicat: Etsi in aliq̄ male egit: satis ꝛ vltra punitus est (Jesus aūt rn̄sum nō dedit ei) Primo qz erat idolatra: ꝛ ꝓseq̄nter fm alios indisposit⁹ ad audiendā gn̄atiōez ꝟbi. Scōo ne impediret sua passio. (Nisi tibi datū esset desup) .i. nisi de⁹ ꝓmitteret: naz de iure nihil potes ō me cū sim innocens. (Propterea q̄ tradidit me tibi) .i. ꝓpls iste (maius pctm̄ habet) .s. q̄ tu qui solo respectu humano ducerꝭ. (lichostratos) vel melius p r: (lithostatos) .i. lapidū seratura a lithos lapis ꝛ stratos pauimentū: ꝛ ē nomen grecū (Erat aūt tunica inconsutilis) Hoc duplicit exponit. Primo fm Chrysmentē sic: Erat incōsutilis .i. paucas hūs suturas. In palestina em̄: vt ait: pauper accipiebāt duos pānos: ꝛ eos ꝓserēdo faciebāt vestes (desup ꝓtexta) alio panno ad maiorē fortitudinē. Tales em̄ erāt pauperū vestes. Et sic notat vilitas vestiū chr̄i. Alio mō fm magi. hist. sic. Erat incōsutilis .i. sine sutura. Erat em̄ reticulato opere facta: desup ꝓtexta p totū .i. in supiori pte sup humeros habēs pannū ex transuerso ad modū cozrigie in pelliceis. De hac tunica fertur q̄ eam puero iesu fecerit mat: ꝛ q̄ cū crescente creuerit. Hoc aūt non est incredibile q̄ ad hoc q̄ mater sic fecerit si ꝓsideremus q̄ntum dilexerit talem filiū: neq̄ quo ad hoc q̄ sic creuit: si tale q̄d legimus factū circa filios isr̄l in deserto. vt pz Deutero. viij. (Maria cleophe ꝛc.) Ex hō loco patz: q̄ cū legit: cleophe: inter mulieres que inducunt circa chr̄i mortē ꝛ resurrectionē: semp subaudiendū est ly maria. (in suā) .s. curā ꝛ diligentiā: vel in suā matrem. Aliq̄ aūt legūt in sua: neutraliter: sz male: quia Joānes nihil habuit vbi virginem exciper. (ysopo circū.) Quidā vt dicit Theo. p ysopū intelligūt arundinē in qua fm alios euāgelistas obtulerūt chr̄o spongiam: qz habz folia similia arundini. Magist. aūt hist. dicit q̄ spongia fuit in arundine p ysopū circūligata. Forte autē q̄ arūdini erat vinctus baculꝰ ex hac herba: vt altius spōgia eleuaret. Crux em̄ dñi fuit eminēs: quia vt dicit magist. hist. opinio est q̄ ꝓsurgeret in altum pedib⁹ q̄ndecim. (Erat em̄ magnus dies ille sabbati) qz .s. ꝛ erat sabbatuz: ꝛ erat solennitas paschalis. (Extuit sanguis ꝛ aqua) Dicit aūt magister histo. q̄ iste miles cū casu de sanguine oculos tetigisset q̄ iā fere caligauerāt clare vidit (Et qui vidit) .i. egoipe: q̄ interfui (vt scriptura impleret) .s. Exo. xij. q̄ loquitur de agno paschali: q̄ fuit expressa figura chr̄i dicēs: q̄ ei⁹ ossa frangi nō deberet (et itez alia) Zacha. xij. (Videbūt) .s. iudei in die iudicij cicatrices chr̄i (in quē transfixerunt) lanceam: mediāte milite. Littera tū Hieron⁹. habet: Aspiciēt ad me quē ꝓfixerūt. sed est eadē sn̄ia: quia ꝓpheta loquit in ꝑsona chr̄i: ideo loquit in ꝓma ꝑsona: sz euangelista refert hoc ad chr̄m loquēs in tertia ꝑsona. Vnde idē diuersis verbis expresserunt. De hora aūt cene dñi: ꝛ passionis eius Paulus bur. facit longū sermonem in suis additionib⁹ ad Nicolaū de lyra. Inter tū soluūt doctores q̄ ipe. Vide de hoc sanctū Tho. iij. q. lxvj. artic. ix: vbi videtur omnia enucleare.

Sabbato sancto pasce.

V Espere autē sabbati q̄ lucescit in ꝓma sabbati venit Maria magdalena ꝛ altera maria videre sepulcrū. Et ecce terremotus factus est magn⁹. Angelus autē dñi descendit de celo: et accedēs reuoluit lapidē: ꝛ sedebat sup euz. Erat aūt aspectus ei⁹ sicē fulgur: ꝛ vestimēta eius sicut nix. Pre timore autē eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respōdens autē angelus. dixit mulieribus: Nolite timere vos Scio em̄ q̄ Jesum qui crucifixus est queritis Nō est hic: surrexit em̄ sicut dixit: Venite et videte locū vbi posit⁹ erat dominus. Et cito eūtes dicite discipulis ei⁹: quia surrexit: Et ecce precedet

vos in galileā Ibi me videbitis Ecce p̄dixi vobis.

Esperе aūt sabba
ti q̄ lucescit in p̄ma sabbati ꝛc.
Matth. xxviij. In p̄nti euā
gelio incipit narrari chr̄i resurrectio q̄ tñ
in seqnti nocte facta fuit: ꝛ hoc forte qꝛ sic
dr̄ brūs Tho. sup Joā. in nocte resurrecti
onis fideles solennizāt. ꝛ in. iiij. di. xij. dic
q̄ in p̄mitiua eccl'ia in illa nocte missa cā
tabat: ꝛ ex hoc arguit: qꝛ in missa hodier
na in or̄one dr̄. Dñs qui hāc sanctissimaz
noctē ꝛc. Ex his aūt verbis scti Tho: ptz
q̄ nūc dicit missa in die: q̄ tunc dicebat in
nocte. ideo p̄ns euangeliū institutū est p̄
mo recitari in nocte illa: ꝛ nunc recitat in
die: habito tñ respectu ad noctē in q̄ instī
tutū est legi. Tangunt g̃ in ea tria puncta
que sunt Visitatio: Apparitio: ꝛ Annū
ciatio.

Quantū ad p̄mū tangit quō mlieres
scē voluerūt visitare chr̄i sepulturā

Sciendū est aūt q̄ p̄ncipiū euāgelij h⁹
est aliq̄liter obscurū ꝛ tā varie sūt sup eo ex
positiones q̄ si oēs adducerent: oino confun
derer ingenū. Sciendū est g̃ p̄mo: q̄
hesper⁹ stella ē q̄ sero apparet post solis oc
casum: ꝛ mane etiā ante solis or̄tū: sed di
uersis tp̄ib⁹. Est em̄ idē qđ venus q̄ rōne
magnitudinis sui epicicli nūc est sole or̄tē
talior: nūc occidentalior: ꝛ p̄seq̄nter nunc
apparet post solis occasum: nūc ante or̄tū:
q̄uis ipa ei⁹ sphera simil'r vt sphera solis
moueat motu p̄rio: vt alibi dictū est: ꝛ li
neat: nedū motus ei⁹ sit eadē cū linea me
dij motus solis. Quidā tñ dicūt ipam ap
parentiā esse in eodē anni tpe nō rōne epi
cicli: sed rōne altitudinis veneris q̄ est su
p̄ra solez. Altiora em̄ siue remotiora citi⁹
ascendere vidēm⁹: ꝛ tardius occumbere.
Sed ista fallunt: quia venus est sub sole
immediate: vt alibi scripsim⁹. Sed ꝛ si es
set altior: ideo nō sequeret si esset simil' cuz
sole i eadē linea: qꝛ apt̄ quitatē ꝛe r̄spectu
celi vidē⁹ sp̄ medietatē celi acsi esse⁹ i cētro
ꝛe: vbi si essem⁹ p̄stat q̄ simil' vtrūq̄ vide
remus in casu illo: quia linea egrediēs ab
oculo nostro transiret p̄ vtrūq̄. Ab hespe
ro aūt mutata h in p̄sonantē. i. v: dicitur
vespera vespere: ꝛ vesperus vesperi. i. tps
quod est inter diem et noctē: vel fm aliq̄s
inter noctē ꝛ diem in q̄ scz illa stella solem
sequit aut p̄cedit. i. mane ꝛ sero. Vñ licz
oīe extremū noctis ꝛ q̄dlibet extremum
diei fm aliq̄s dicat vespa: p̄prie tñ dr̄ p̄ri
ma pars noctis ꝛ vltima diei: quia hespe
rus vt p̄cedit solem in mane p̄prie nō dici
tur hesper⁹: sed lucifer: quia. s. lucē solarez
antecedēs illam q̄dammō moraliter affe
rat. Dicit etiā hoc vesperе: vel hoc vesper
ris. ꝛ fcat horam qua sol incipit declina
re ad occasum sub orizonte: ꝛ vsq̄ ad cre
pusculum durat. i. vsq̄ ad mane sequens:
ita q̄ nox ipa dicit vesper. Sciendum
est scdo q̄ sabbatū dr̄ fm aliq̄s a sabbe he
braice: vel a sabba syriace: qđ latine est se
ptem: ꝛ interp̄retat̄ reqes. Est em̄ dies se
ptima in q̄ etiā deus a creandis nouis re
bus dicit quieuisse. Significat aūt tertiā
scz septimanā ꝛ die vltimā eius: ꝛ quāli
bet eius die addito aliq̄ termino nūerali:
vt si p̄ma sabbati dicat dies dñica: ꝛ scda
sabbati dies lune: ꝛ sic de aliis Scien
dū est etiā q̄ feria dr̄ fq̄ aliq̄s a festo: rias
qđ est cessare ab op̄ib⁹ fuilib⁹: vel fm ali
os a feriē dz victimis. Et vtroq̄ modo p̄
p̄rie significat diem festum: lz ad oēm die
extendat. fm alios aūt dicit a fando. qꝛ. s.
in singulis ferijs deus creando aliqđ fa
batur: vel quia in die habemus tp̄s fandi
Et sic oīus dies est feria. Sciendū est
q̄rto q̄ fm hebreos dies septimane sic no
minat. Sabbatū: p̄ma sabbati. i. p̄ma di
es a sabbato vel post sabbatū: scda: tertia:
q̄rta: q̄nta: ꝛ. vj. sabbati. Scdz christianos
vo sic: Dies dñica. i. in q̄ chr̄s dñs resurre
xit: siue p̄ma feria: scda: tertia: quarta: q̄n
ta: sexta: ꝛ septia feria. Scdz gentiles aūt
idola colentes septem dies denominātur
a septem planetis: ꝛ singuli ab illo q̄ in p̄
ma eius hora dñatur. Dicitur ergo dies
solis: dies lune: dies martz: dies mercurij
dies iouis: dies veneris: dies saturni:
Hec tamē credēdū est q̄ fm istum ordinē
sint positi celi istoꝝ planetaꝝ: quia iste est
eoꝝ ordo in celo incipiendo ab inferiori
bus et ascendendo. Terra que est in me
dio mūdi: aqua: aer: ignis: luna: mercuri⁹

venus:sol: mars:iupiter ⁊ saturn⁹. octa⁹ ua sphera:seu stellar fixar:pmū mobile seu mare vl celū crystallinū:⁊ celū empy⁹ reū. Quidā tñ inter octauā sphērā ⁊ celū empyreū ponūt duos:sed lz forte nō sit ne cesse vt ait⁹ dictū est:est tñ pbabile ⁊ pba bilius. Et hoc tenet san. Tho. in. ij. sent. ⁊ cōiter astrologi. Hec autē patent i sub iecta figura. Sciendū est etiā quito q iste mulieres lz Joannes tm̄ de Maria magdalēa facit mētionē: fuerūt ꝑz Mar. due. s. maria magdalena ⁊ altera maria. i. mater Jacobi minoris ꝑm sanctū Tho. que erat sozor matris chri. ꝑm Mar. ꝑo fuerunt due ꝑdicte, ⁊ cū eis tertia. s. Sa lome. Est aūt salome nomen viri. Aliqñ etiā vt hic est nomen mulieris: lz subintel ligit maria. Unde q Marc⁹ dicit: et sa lome, magr histo. dicit. et maria salome. Vel ꝑm Ebry⁹. mater filioꝝ zebedei que fuit filia salome vocata est maria ⁊ salome quasi binomia. Et hoc videt in idem redi re. quia dicebat salome a patre: subintelle cto tñ ꝓprio nomie filie. De hoc vide feria quarta post primā dñicā quadragesime. Dicit aūt magister ꝑdictus q ꝗdam di cunt eas fuisse duas tm̄. et ly salome ē ex positio alteri⁹ marie tacite. Sed vt dicē cōtra hoc est vsus ecclesie: q̄ tres repsen tat. et etiā btūs Lucas q̄ dicit. Erāt aūt maria magdalena et ioanna: et maria ia cobi: ⁊ cetere que cum eis erant. Uñ erāt plus q̄ quattuor. sed fuerunt tres marie s. maria magdalene. et maria iacobi ⁊ ma ria salome. Joanna autē vt idem magr di cit tradit fuisse vxor Luze ꝓcuratoris he rodis. Sicut autē dicit btūs Lucas: que dam istarū mulierꝝ: vt ait Mar. i. maria magdalena et maria ioseph seu iacobi mi noris: quādo sepeliebat christus: ꝓsidera bant vbi sepeliret vt possent illū more iu daico aromatibus condire. Et vt dicē b. Lu. feria sexta aromata et vnguenta pa rauerunt. quod intelligendum est ipa se xta feria factū quousq eis licuit opari. nā subiungit q sabbato siluerūt ꝑm manda tū. i. nihil opate sunt ꝓpter festū. pacto ꝑo sabbato in sero q̄ iam festum cessauerat: parauerūt se vt ad sepulcrum accederēt.

His visis veniamus ad textum. Dī er go (Vespe sabbati) Revera iste mulieres ad monumentū venerūt in diluculo diei dnice. Nō ḡ dr. Vespe sabbati: exponit id ē nocte. siue qr vesp dī nox. siue qr ve spa dicit ꝑma ꝑs noctis. a ꝑte denomi nādo totū. igit (Vespe sabbati). i. septi mane. Et quia in septimana sunt mꝛte ve spe: ⁊ eadem vespa habet duas ꝑtes. s. se ro et mane. dr hec ab alijs distinguat sub iungit (que) scz vespa lucescit in ꝑma sab bati. i. in ꝑma die septimane. s. in die dñi co de mane. Lucescit inquā gra sue partz extreme seu vltime: vt p hoc nō dr prima sabbati: excludant vespe alioꝝ dieꝝ a do minica. p hoc ꝑo q dicit: lucescit: excluda tur sero ipius dominice. Lucescere em̄ ē incipe lucere: quod non conuenit ei hore que a luce tendit ad tenebras. sed ei que e contrario. Unde mane lucescit: sero au tē tenebrescit. Sciendū est autē q su mitur hic ꝑm aliquos vespere aduerbia liter. et sequens relatio fit ad nomen in aduerbio intellectū. Vel ponit ꝑtūs hu ius nomis vespa, p ablatiuo. vl ponit ab latiu⁹ hui⁹ nois vesp. (Venit maria ma gda.). i. sozor laz ari dicta magdalena: vl magdalene a magdalo castro suo, vl quia ibi oriunda est. vl qr ibi dñabat. Ai magdalo em̄ dr magdalen⁹ a. um. et hoc magdale ne nes ⁊ altera maria). s. iacobi minoris seu cleophe. (Videre sepulcrū) Fuit autē sepulcrū dñi vt ferk tale. Sumpto enim vno latere p intellectū sic statuatur vt la tera longioza respiciant meridiē ⁊ septē trionem. breuioza autē orientē et occiden tem. ⁊ diuidat in tres ꝑtes: quar maria sit ad orientē: minor in medio: et mussma ad occidentē ꝑm istā figurā. Sic tria spa cia fuerūt in monumēto dñi: quorum ma ximū erat sine tecto sz claudebat muro cubiti ac semis vl circa ⁊ lapideo sedili. alia ꝑo duo erāt camerule excauate in pe tra ad quas erat itroit⁹ p portulas exci sas a ꝑte oriētz. ⁊ añ portulā ꝑmā fuit in spacio magnā colūna cubiti vni⁹ ac semis circit: supā quā recliabat lapis claudēs por tulā. i spacio āt mimo a dextrz siue ad aq lonē fuit mensa excisa elevata duob⁹ cu bitis circiter a pauimento. ⁊ sup ea posi tū fuit corpus saluatoris. Beō. ōtq ele

uabāt trib⁹ palmis. Porta aūt q̄ intrabatur ad ſpaciū minimū eſt in angulo meridionali⁹ z a qua intrabāt ad ſpaciū medium nō eſt in angulo ſed in medio partis ſiue muri ſpacia diuidētis. Nō eſt aūt itelligendū q̄ venerint ſolū videre ſepulcrū ſz vt vngerent ieſū: vt ōt Mar. Et h̄ ſm Theo. vt corp⁹ ei⁹ odor⁹ ſerū manere: z nō ſcaturirz humiditatē: quā aroma ta deſiccāt et abſorbent. vñ corp⁹ incorruptū ꝑſuant. Venerūt ergo videre quō illud corp⁹ a Nicodemo erat cōditū: q̄ iuxta Joā. illud ꝑdierat myrrha z aloe. Et vt ſupplerent ſiq̄d deficiebat: vl' etiā ſuperadderet. Eſt aūt hic triplex q̄ſtio. Prima q: hic ōr q̄ veſpe venerūt ad monumentū. et Jo. xx. ōr q̄ mane. et Lu. xxiij q̄ diluculo. Ad hoc ſic dicit Hiero. q̄ diuerſa tpa iſtaz mlierū in euāgeliſtis deſcribunt non mendaciū ſignū eſt vt impij obijciūt ſz ſedule viſitatōis officia dū credūt abeūt et recedūt: et nō patiūt a ſepulcro domini diu abeſſe vl' lōgi⁹. Hec ille.

Et intēdit ſm s. Tho. q̄ venerūt veſpe et mane. Sed cōtra. ſi enim q̄ in h̄ euāgelio narrant veſpe et nō mane ꝑtigerūt: q̄ modo potuit angel⁹ dicere: ſurrexit dñs: Ad hoc dico q̄ p veſpe Hiero. nō intendit ſero ſz noctē. Venerūt em̄ nocte cū adhuc tenebre eēnt: z etiā mane orto iā ſole. Etſi p veſpe intelligit noctē vel ſero: qđ ſequit: z viderūt reuolutū lapidē: intelligitur in mane q̄n denuo venerūt. Non ē enim extra rōez q̄ etiā ſabbato trāſeūte venerit de ſero ad ſepulcrū viſitandū. Sz quō pt Hiero. dicere: q̄ luceſcit: cū ſero tenebreſcat: Ad hoc dic̄ s. Tho. q̄ ſm iudeos dies incipit a veſpa: quia obſuabāt dies ſz lunam: q̄ ſero incipit lucere. Beda autez ſoluit: qz in veſpe ſabbati dicunt veniſſe: quia ſe parauerant ad veniendū: z i mane ō facto venerūt. Aug. aūt de ꝑſen. euā. ſoluit. qz venerūt veſpe ſabbati. i. nocte: denominādo totam noctē a ꝓxima ei⁹ parte Poteſt etiā ſolui ſm alios q̄ p veſpe itelligit mane: iuxta vnum modum exponēdi textū. Scōa dubitatio eſt: quare ñ eedem mlieres ab oīb⁹ euāgeliſtis ad ſepulcrū iuiſſe. dicunt: Ad hoc dico q̄ Joan. de ſola magdalēa mētōez fac̄: qz ceteris erat ferventior. Matheus vero addidit mariā iacobi: qz illa ſit cū magdalena ſe debat vt dic̄ ꝑ ſepulcrum i paſcaue. vt viderent. ſ. vbi eū ponerent: ſic etiā b. marcus teſtat. Mare⁹ aūt addit ſalome duabus p̄dict̄. qz erat ſoror marie iacobi et amica chr̄i. z cū dño aſcēderat de galilea Lu. ꝑo addidit ioannā z mlieres alias: qz retulit factū noſcando ꝓncipales. Tertia dubitatio eſt: q̄re b tā ꝑfecta nō iuit cū eis: Ad hoc dr̄ cōit q̄ iſte alie nō ꝓmiſerunt eā: qz erat ſeminiua ex dolore paſſionis filij. Vel forte ipa meli⁹ ſibi iudicabat cōtēplari in cubicl'o myſteria chr̄i: q̄ ad ſepulcrū pgere. ſicut z q̄dam alie q̄ ex q̄daz pterate monebant. Vel tertio: qz ipa ſciebat iam chr̄m ſurrexiſſe. quia ei ꝓmo apparuit: vt dicet. Vel quarto qz nō potuiſſet ſine doloris gladio ſepulcrū videre.

Quantū ad tertium assignat. causa tri bulationū futurarū apostolis. z i hoc ipo habēt aliq̄lē consolatōnis causam. Dicit ḡ (Et hec facient vobis: qz nō nouer't pa/trē nec me) Chrys. Quasi dicat. Suffi cit vobis in consolatōem p̄pter me et pa/trē hec pati. Hec ille. Sed quō ōz q nō nouerunt p̄rem: cū not' esset in iudea ds. Ad hoc dico q nouerāt illū in generali i/ḡtum de' erat: sed nō in ḡtum erat pa/ter habens filiū naturalē qui eis p̄dicabat. Si em̄ cognouissent nun q̄ dñm glie cru cifixissent. j. Cor. ij. (Sed hec locut' sum vobis: vt cum venerit hora: cor. remini/scamini qz ego dixi vobis) z ꝑsequent in ea fide p̄sistatis.

Est aūt in hac pte morale documētū vt q p̄pter deum patik aut fatigak: si vult consolari cogitet illū p quo patik. vñ Gre. ait in. ij. moral'. Cum in hac vita ea q̄ no lumus patimur: necesse est vt ad euz qui iniustū velle nō p̄t: studia nr̄e volūtatis inclinem'. Magna q̄ppe est ꝑsolatio in eo qō displicet: q illo ordinante erga nos agit cui nō nisi iustū placet. Hec ille

In vigilia Pentecostes. Text. euang. Jo. capi. xiiij.

Si diligitis me manda/ta mea seruate. Et ego ro/gabo patrem et aliū pa/racletuz dabit vobis: vt maneat vobiscum in eternuz: spiritum veritatis quez mundus nō po/test accipere: quia non videt eū: nec scit eum. Vos aūt cognosce tis eum: qz apud vos manebit: z in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum z mundus iā me non videt. Vos autem vide bitis me: quia ego viuo z vos vi uetis. In illo die vos cognosce/tis quia ego in patre meo z vos in me: et ego in vobis. Qui ha/bet mandata mea et seruat ea il le est qui diligit me. Qui autez

diligit me. diliget a patre meo. et ego diligā eum: et manifestabo ei meipsum.

Si diligitis me mādata mea seruate ꝛc. (Jo. xiiij. Pñs euāgeliū ex se patz: pauc̄is exceptis q̄ exponēdū. Dicit g̃ (Si diligitis me: mādate mea seruate). i. seruabitz. Hoc em̄ est effect⁹ ꝛ signū dilectōis: amici volūtatē ꝓplere. (Et ego rogabo patrē et aliū paracletū dabit vobis). i. aliū ꝓsolatorē ꝛ aliū aduocatū. Nā paracl⁹ interp̄tat ꝓsolator ꝛ aduocat⁹: ꝛ chr̄s fuit ꝓsolator apl̄oz et etiā aduocatus: inq̄ntū bō orans p eis: ꝛ inq̄ntū de⁹ nō orādo: sz faciendo vt orarēt ipi. Sil'r et scūs spūs fuit eoz ꝓsolator: quia cum sit amor accēdit eos amore dei: ꝛ ꝓseq̄nter sentiebāt maximā dulcedinem de celestib⁹: ex q̄ seq̄bat q̄ min⁹ sentirēt aduersa mūdi. Fuit ēt aduocatus: nō orādo: sed ꝓuocādo apl̄os ad orandū (Vt maneat vobiscū in eternū) Et in hoc ꝑm Chrys. innuit q̄ spūs scūs non erat moriturꝰ sicut chr̄s q̄ eos p mortem deseruit corpaliter. Manet aūt spūs scūs in eternū nobiscū. nisi eū p peccatū repellamus (Spiritū veritatis quē mūdus nō pōt accipe) nisi ꝓuertat Greg. v. moral. Spiritus scūs em̄ quem repleuerit: ad desiderandū inuisibilia: accendit. Et q̄m mūdana corda solū visibilia diligūt: hūc mūdus non accipit: q̄ ad diligēda inuisibilia nō assurgit. Sec̄ares erem̄ mēres q̄nto se foras p desideria dilatant: tāto ad receptionē illius sinū cordis angustant. Hoc ille. (Quia nō videt eum) pure ꝛ indubitate fidei oc̄lus nec scit eū p experientiā suauitatis ei⁹ (Vos aūt cognoscetis eū). s. p experimentū ꝓsolatiōis ei⁹ quo mō mūdani eū cognoscere nequeūt. (q̄ apūd vos manebit ꝛ in vobis erit) ꝛ cōsequēter ad p̄sentiā suā influet vobis fidē et amorē: vt videatis ꝛ sciatis eū. (Nō relinquā vos orphanos: veniā ad vos: Adhuc modicū ꝛ mūdus me iā non videt). i. nō videbit. Et loquit ꝑm Theo. ō rpe resurrectōis in q̄ solū apl̄i illū viderūt. Vel ꝑm Chrys. loquit de rpe future felicitatis Utroq; aūt rpe. s. resurrectōis ꝛ felicitatis apl̄i habuerūt vitā. s. letam ꝛ ꝓsolatā. Et ideo subdit (Vos autē videtis me q̄a ego viuo). i. sum vita p essentiā: ꝛ ꝓseq̄nter do vobis vitā participatā q̄ modo viuitz p gratiā: qua etiā (et vos viuetis) in futura resurrectiōe mea p fidē reparatā: ꝛ i futura resurrectiōe vestra p gratiā ꝓsumma tam (in illo die). s. resurrectiōis vel glorie. (vos cognoscetis) p apertionez sensus ad intelligentiā scripturaꝝ q̄ ad diē resurrectionis: vel p visionē deitatis: q̄ ad aliam diē (q̄ ego in patre meo: ꝛ vos i me: ꝛ ego in vobis) supple sum vel ero: lz alio ꝛ alio modo. (Qui habet mādata mea ꝛ seruat ea: ille est q̄ diligit me. Qui āt diligit me diliget a patre meo: ꝛ ego diligā eū: ꝛ manifestabo ei meipm) Ergo manifestatio. i. visio finiz est et p̄miū amoris.

In die Pentecostes

Text⁹ euang. Joh. ca. xiiij.

Si quis diligit me: sermonē meum seruabit. Et pater me⁹ diliget eū: et ad eū veniem⁹ ꝛ mānsionē apud eū faciem⁹. Qui non diligit me: sermones meos nō seruat: sermonē quē audistz non est meus. sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manēs. Paracletus autē spūs scūs quē mittet pater in nomīe meo: ille vos docebit oīa: et suggeret vobis oīa q̄cunq; dixero vobis: Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis. Nō quō mūdus dat ego do vobis. Non turbet cor vr̄m: neq; formidet. Audistis q̄ ego dixi vobis Vado ꝛ venio ad vos Si diligeretis me: gauderetis vtiq; quia vado ad patrem: q̄a pater maior me est. Et nunc dixi vobis p̄ius q̄ fiat: Vt cum

factum fuerit credatis. Jã non multa loquar vobiscuꝫ. Venit em ꝓnceps mũdi huius ⁊ in me nõ habꝫ quicq̃. Sed vt cognoscat mũdus quia diligo patrem. et sicut mandatũ dedit mihi pater sic facio.

Jquis diligit me sermonẽ meũ seruabit ⁊c. Joan. xiiij. Circa ea q̃ in ꝓsenti euãgelio dicunt Sciendũ est: q̃ in nocte q̃ chr̃s est captꝰ multa apostolis dixit. et inter alia q̃ post modicum mũdus euꝫ nõ videret q̃uis visuri essent illũ discipli sui. Et loqbat chr̃us de visiõe fidei ⁊ noticia diuinoꝝ. Judas aũt nõ ille scariothis: sed altꝰ ꝙsanguineꝰ chr̃i: ãmiratus est tanq̃ hũilis q̃ apl̃i totiẽmõdo ꝓferrent: ⁊ iõ interrogauit di. (Dñe q̃d factum est:) id est q̃ est cã (q̃ manifestaturꝰ es nobis teipm ⁊ nõ mõdo) Huic aũt petitioni chr̃s rndit q̃ verba p̃ntis euãgelij: i q̃ tria puncta tangunt: q̃ sunt Discretio: Manifestatio: ⁊ Exhortatio.

Quantũ ad primũ chr̃s tangit illõ vñ discernit mũdus a discipul chr̃i: qõ est cã ꝓdicte manifestatiõis. Est em hec cã vt Aug. õt: ipa dilectio. Dicit g̃ (Siq̃s diligit me sm̃onẽ meũ suabit). i. ea q̃ ego volo ⁊ doceo faciẽda: faciet. Proprium est em amicoꝝ eadẽ velle ⁊ nolle. Etsi duo sint amici q̃ alter non possit male velle neq̃ male iudicare vt deꝰ: iustũ ẽ vt alter amicus se eiꝰ voluntati in oib subijciat: ita q̃ nihil velit nisi iplicite subintelligẽdo qõ illud deo placeat: ⁊ oia faciat q̃ deus iubet. (Et pater meꝰ diliget eũ) Si de patꝛe hõ esset: vtiq̃ diligẽtes filiũ diligeret. q̃ nullus põt dei filiũ sine patre diligere. Rõ ei dilectiõis filij ẽ ipa eiꝰ bonitas siue essentia: q̃ eadẽ nũero est p̃ris: ⁊ ꝙsequnter ẽt p̃r diligit. Nihil aũt vt ait Amb. est tãinsertũ nature q̃ diligentẽ se diligere. Ueũrñ q̃ deꝰ p̃r est deꝰ: nõ iõ nos p̃r amat quia nos filiũ amamꝰ: sed ecõuerso: iõ amamꝰ q̃ ille amat: ita q̃ amoꝛ dei ad nos est cã nr̃i amoris ad illũ vel ad filiũ dei. Nõ em amaremꝰ nisi deꝰ vellet nobis inesse ꝟ bonũ q̃ est amare deũ. Velle aũt nobis bonũ: est nos amare. Jgit dicit chr̃s (Siq̃s diligit me diliget a p̃re meo) nõ q̃ antecedens isti⁹ ꝯditionat sit cã ꝙsequntis: sed q̃ antecedens ⁊ ꝙsequns sunt inseparabilia in veritate (⁊ ad eũ veniemꝰ) Pater quidẽ venit seipm donãdo: nõ autẽ missꝰ ab aliq̃: quia nõ est ab aliq̃. filius aũt datur ⁊ mittitur. Dicunt aũt diuine ꝙsone venire ad nos: quando faciũt in nobis nouiter effectuz gratie gratũfacientis: p quã ipas ꝙsonas habemꝰ. Vñ Augꝰ. Veniũt subueniendo: venimus obediẽdo Veniũt illuminando: venimus intuendo. Veniũt impellẽdo: venimꝰ cupiẽdo. Hec ille. Sz quare hic nihil dicit de aduẽtu spũssancti sed solum patris et filij: Ad hoc dicit Augusti. q̃ cũ in deo sit vnitas essentie cũ pluralitate ꝙsonaꝝ: aliquãdo chr̃istus de tribus ꝙsonis mẽtionẽ facit ad insinuandam personaꝝ distinctionẽ: aliquãdo de duab⁹ sine tertia: ad insinuandã essentie vnitatẽ: et nõ ad expellendam tertiã ꝙsonaz scilicz spiritumsanctum: de quo dixerat supra vt maneat vobiscum in eternuz. Vel potest dici q̃ posito patre ⁊ filio intelligitur spiritussanctꝰ: quia est amoꝛ vtriusq̃: ⁊ quia est eiusdẽ substãtie cum eis (Et mansionẽ apud eum faciemus). i. moꝛam ꝯtrahemꝰ Grego. in omel. Jn quozundã eteꝛn cozdibus venit ⁊ mansionẽ nõ facit: q̃ p ꝙuctionẽ quidẽ respectũ dei ꝓcipiũt: sed rentationis tpe hocipm quod ꝙũcti fuerãt obliuiscunt. sicq̃ ad perpetrauda peccata redeũt: aeſi hec minime planxissent. Qui ergo deum vere diligit: ⁊ ad eũ dominus venit ⁊ mansionẽ facit: ⁊ sic eum diuinitatis amoꝛ penetrat: vt ab hoc amoꝛe: tentationis tẽpoꝛe nõ recedat. Jlle autẽ vere amat cuius mentẽ delectatio prava ex cõsensu nõ supat. Hec ille. Jdẽ quoq̃ ibidẽ Tanto autẽ quisq̃ a superno. amoꝛe dissiungitur: quanto inferius delectat. Unõ subditur (qui nõ diligit me: sermones meos non seruat.) ⁊ ꝙsequenter ad eum diuine ꝙsone non veniũt ꝓ effectus gratie sue. Chr̃ysost. Vel aliter intelligendũ est hoc totum. Existimauit em Judas sicut moꝛtuos videmus in somno: ita et se eum esse visuros. Vñ q̃rit: Quid ẽ q̃ debes te no-

bis manifestare nō mūdo. Ue nobis qm̄ morieris: et vt mortuus nobis debes assistere. Ne igit hoc suspicek: dicit (ad eum veniem⁹) si dicat: sicut pater manifestat seip̄m: ita t ego (t mansionē ap̄d eū faciemus) qd somnio⁹ nō est. Hec ille. Ne ātē alicꝫ credat q̄ chr̄s suū p̄monē hz̄et a se subdit (Et p̄monē quem audistis non est meus). i. nō inest mihi a me. Et ē silis modus loq̄ndi vt cū dicē Virgili⁹. Urbem quā statuo vestra est (sed eius q̄ misit me p̄tis). i. illū a p̄re meo nascēdo accepi. Ex quo etiā seq̄t q̄ q̄ talē p̄monē nō fuat: patrē nō diligit. Est aūt sciendū q̄ p̄ monem chr̄i q̄ttuor possum⁹ intelligere. Primo ipa ꝓba q̄ ex ore ei⁹ resonabāt. Secūdo ipam imaginatōez ꝓbor. Tertio ipōs mētales ꝛcept⁹ intellect⁹ possibilē ei⁹: qui dicunt verba mentis seu cordis. Scōz ei hec tria in q̄libet hoie est triplex verbuz. vt docet s. Thom̄. j. q. xxxiij. t Quarto ipm ꝓbū diuinū qd filī⁹ dei est: seu ipam ei⁹ substātiā diuinā. Tria p̄ma ꝙuenīūt chr̄o inq̄tū hō. t insūt ei a se imediate t a deo p̄ncipalit. qz si de⁹ est causa oīs create cause: est etiā causa oīs creati effectus. Secundū autē nō est a chr̄o: sed est chr̄s t est a patre. Jn hac p̄te est lr̄ale documentū. de quo Gre. in homel. ait. Sz ecce si vnusquisq̄ vestr̄ req̄ratur an diligat deū: tota fiducia t secura mente respondet: diligo. Jn ipō aūt lectōis t ordio audistis q̄d p̄tas dixit. Si q̄s diligit me sermonē meū seruabit. Probatio q̄ dilectōis est exhibitio opis. Hinc epistola sua idē Joannes ait. Qui dicit q̄ diligo deū et mādata ei⁹ nō custodit: mendax ē. Uere em̄ diligim⁹ si mādata ei⁹ seruam⁹. Hūc̄ est amor dei ociosus. ogatur em̄ magna si est. si aūt opari renuit: amor nō est. Et infra. De dilectōe cōditoris: lingua: mens. t vita requirat. Hec ille.

Horaliter autē sciendū est q̄ seruī dei in hac vita tria potissime desiderāt q̄ chr̄istus i hac p̄ma p̄te euāgelij p̄mittit. Primū q̄dem est dei amor: quē p̄mittit cum sponder sp̄m sctm̄ se missur⁹. qui ꝑz Gre. amor est. s. p̄tis i filiū: t econuerso. Secdm̄ vt suscipiam⁹ a chr̄o mittendū: necessaria est p̄mo cordis purificatio. Gre. Certe si domū vr̄am q̄scꝫ diues aut p̄potēs amicus intraret: oi festinātia dom⁹ tota mundarek: ne q̄d forte essz q̄ oc̄los amici intrātis offenderet. Tergat igit sordes p̄ui opis q̄ deo p̄parat domū mentis. Hec ille. Et hoc q̄tū colligit ex sc̄ptura q̄ ad tria pctā p̄cipue P̄rio duplicitatz. Sap̄. j. Spūssctū discipline effugiet fictū. Secūdo carnalitatis. ideo subdit. t auferz se a cogitatōibꝫ q̄ sunt sine intellectu. Tertō elatōis. ideo subdit. t corripiet. i. expellet a supuenīēte iniq̄tate. i. inequalitate. Nullus aūt est ineq̄lis magis supbo qui non vult parem. Secūdo necessaria est p̄funda būiliatio. qz libenter spūs sicut et homo vadit ad hospitiū in q̄ honorād⁹ est. Eccī. iij. Magn̄ potētia dei soli⁹: t ab humilibꝫ honorat. p̄s. Qui emittis fontes in ꝙallib⁹. Gen̄. j. Spūs dn̄i ferebat sup aq̄s. i. sup corde dulci et māsueto. Econtra spūs malignus req̄escet sup terrā. id ē terrenos: datā sibi ad manducandū t incorporādū. Gen̄. iij. Terrā comedes. Et sup aerē. i. supbos: datū sibi ad hitandum Eph̄. ij. P̄incipē aeris hui⁹. Et super ignē gehēne: datum sibi ad cōbustionem. Mat. xxv. Discedite ꝛc̄. Et sup ignē cōcupiscētie: datū sibi ad succendēdū: Osee vij. Oēs adulterātes q̄si cliban⁹ succēsus a coq̄nte. Tertio necessaria ē trāq̄llitas mētis. Esa. lxvj. p̄m aliā trāslationē. Sup quē req̄escet spūs me⁹ nisi sup būilē et q̄etū: Scōm desideratū est amoris ꝓfuatio: quā spopōdit ibi: t mansionē ꝛc̄. Cōfuat aūt ignis spūssct sicut t materiat̄ p tria. s. Suppositionē cineris. i. memoriaz mortis. t p lignoz apositōez. i. bonoruz opez ꝙmatōez: t p sufflationē. Sz tres sunt sufflatores. s. ipe homo feruētia desideria concipiēdo. Eccī. xxviij. Si sufflauer is quasi ignis exardebit. Et chr̄s hunc ignem spīrās: ip̄m magis inflammando Jo. xx. Jnsufflauit et dixit. Accipite sp̄m sanctū. Et diabolus qui exufflādo extinguit. Esa. lvij. Ecce ego creaui fabrum sufflantē in igne p̄runas. Sed extinguendo illum: accendit concupiscentiā. Tertiū desideratū est p aliquē modū scire se esse in amore dei. et hūius chr̄s dat signū ibi Si q̄s diligit me sermonē ꝛc̄. Sunt autē

sup hoc signū tria alia. s. abūdātia lachry
mar: remissio iniuriarū: z desiderū sup
norū. In cui⁹ signū spūssctūs in triplici si
gno visibili apparuit. s. sup chīm trāsfigu
ratū in specie nubis babetis guttas huo
ris. z sup ipm baptizatū in specie colūbe
felle caretis. z sup collegiū aplicū in spe
cie ignis q̄ semp tendit sursum.

Quantū ad scōm chīs tetigit modum
q̄ eis debebat manifestari quo ad fidē p
fectā z plenā noticiā diuinar: cum subdit
(Hec locut⁹ sum vobis apud vos ma
nens). s. fm p̄sentiā corpalē. quasi diceret.
Modo ñ potestis pter indispositōez ve
strā illā plenā noticiā capē: vnde expedit
vobis vt vadā a vobis corpalit. vt cum
patre et spūssctō veniam spūalit. August.
Alia est illa māsio quā pmisit futurā. alia
pō hec quā p̄sentē esse testat. Illa spūalis
est atq; intrinsec⁹ mentib⁹ reddit. hec cor
palis forinsec⁹ oculis atq; auribꝫ exhibet
Hec ille. (Paracletus aut̄ spūssanctus)
Nota q̄ paracletus idem est qđ aduocat⁹:
vel ꝓsolator: et hic p consolatore ponitur:
quia chīstus tristib⁹ loquebat. (quē mit
tet pater ī noīe meo: ille vos docebit oīa)
necessaria ad salutē p vobis z pro doce
dis a vobis (et suggeret vobis oīa quecū
q; dixero vobis) Est autem hic multiplex
dubitatio. Et Prima est. Quenam p̄so
na diuina sit ista de qua est hic sermo. nā
q̄libet pōt dici spūssctūs. Ad hoc dicit q
fm Didimū z oēs sctōs: ista p̄sona neq; ē
pī: neq; filī⁹. Et hoc pater: qz a pre mittit
z in noīe filij mittit. Est tamen aduertē
dū ex doctrina sancti Thom. j. pte. q. xxxv
vj. q spūssctūs sumi potest in vi duarum
dictionū. z isto modo ꝓcedit argumētuz
factū q̄ quelibet diuina p̄sona ōr spūssan
ctus. qz q̄libet eoz est spūs et nō corpus.
z sanct⁹: et non malus. Sumit etiā in vi
ui⁹ dictōis: sicut et hoc̄ pm qđ dico Jo
annes: petr⁹. z sic ex accōmodatiōe vsus
diuine scripture est nomē tertie p̄sone p
modū amoris ꝓcedēt⁹. Processio ei amo
ris z relatiōes ad eā ptinētes: z p̄sona sic
ꝓcedens: ꝓpr ignorantiā nr̄am solū ex ac
cōmodatōe hnt ꝓpria noīa. Rōnabiliter
aut̄ sic nominat ista p̄sona vt ōr. Primo
qz pī z filij⁹ cōiter sunt spiritus: z sunt sanc
ti. Unde dicit Aug. xv. de tri. Qui com
munis est ambob⁹: id ipe ꝓprie vocat qđ
ambo cōmunit. Scđo qz spiritus quod
impulsionē et motū dicit: amori competit
cōpellenti in amatū. Hec oia sctūs Tho.

Scđa dubitatio est: cur dicat paclet⁹:
id ē aduocat⁹ vl ꝓsolator: cū pmū etiā fi
lio q̄eiat. de q̄. j. Jo. ij. ōr. Aduocatū ha
bem⁹ apud pr̄em. Scōm ꝓ queniat pī.
de q̄. j. Cor. j. ōr. Pater misericordiarum et
deus totī⁹ consolatōnis. Ad hoc dico q
ois effectus dei in creatura siue ad extra
cōmunis est oib⁹ diuinis p̄sonis: iuxta re
gulā theologicā: que est: q indiuisa sunt
opa trinitatis. s. ad extra. Aliqs tñ effect⁹
alicui p̄sone appropiat. Sic em pī appro
priat potētia: filio sapia: spirituisctō boni
tas: Ita et appropriant eis opatōes in q̄
bus ista p̄cipue apparent: iuxta doctrinaz
sctī Tho. in. iij. di. iij. Ad argumētum
ergo dico q esse ꝓsolatorē quod oib⁹ cōe
est ōr de spūsancto. Primo: qz qđ conue
nit omnib⁹ conuenit etiā singul⁹. z specia
liter de illo dicitur qui tūc visibiliter mit
tendus erat. Secūdo quia bonitas cōso
lantis z benignitas in ꝓsolādo: magȝ q̄
eius sapiētia aut potentia manifestari vi
dek. ideo eē ꝓsolatorē forte appropriat ei
cui z bonitas. Esse aūt aduocatū orādo
cōpetit solū chīo vt hō est: iz orare facien
do cōpetit spūisancto. Idcirco em vt dic
Gre. spūssctūs aduocat⁹ dicit: qz p errore
delinquentiū apud iusticiā patris interue
nit: dū eos q̄s repleuerit exorantes facit.
Hec ille. Competit etiā alijs cū sit opus
ad extra. Ad argume ntū aūt ōtra hoc
dico q chīs spūsanctū dicit paracletū: ñ
p̄cipaliter rōe aduocatōis: sed rōe conso
latōis: qz meritib⁹ loquebat. Chrys. Co
tinue aūt eum paclet⁹ vocat ꝓpter contī
nentes eos tribulatōes. Hec ille. Dico se
cūdo q cū hō potissimū ex amore pot⁹
q̄ ex potētia vel sapientia, puocet ad ora
tionē: forte q orare p nos appropriat spūi
sancto: de quo dicit ap̄lus Ro. viij. q pos
tulat. i. nos postulare facit p nobis gemi
tib⁹ inenarrabilib⁹. Tertia dubitatio ē.
Utrū cū dicit spūssctūs mitti a patre in
nomine filij: spūssctūs debeat dici z noia
ri filius: Ad hoc dico primo q sic: ideo

dicit: quia spūssanct⁹ dabat fidelib⁹ visibiliter aliquādo ad inuocatiōem nois chri. Ez em̄ ꝓpria forma baptismi sit in noie totius trinitatis: tñ ex spāli causa z consilio spūssancti apostoli aliq̄ tpe baptizauerūt in nomie chri: ad reddenduz nomē christi amabile: vt pz Act. xix. z p s. Tho. iij. p. q. lxvj. Dico scdo melius z fm mentē Didymi: lib. de spūsancto. q sicut filius dicit se venisse in noie patris sui Joan. v. non q esset pater: sedq erat filius patris eiusdem essentie z nō psone: z subiecit fideles suos patri. Ita z spūssanct⁹ venit in noie filij. nō q sit filius: sedq est spiritus filij: fm Aplm Gal. iij. eiusdē essentie z nō psone ab eo pcedens z ei fideles ꝓfigurās. inq̄ntum p illum adoptamur in filios dei Juxta illud Gal. iij. In quo clamamus abba pater. Quarta dubitatio ē: Cur dicatur: ille vos docebit oia: cum docere videatur appropriatū ei cui appropriat sapientia. i. filio de quo dicit Joan. j. Illuminat omnē hominē venientē in hūc mundum. Ad hoc autē videt dicere Aug⁹: q cū docere tribus psonis cōueniat: hoc attribuit chris spūsancto nō quia ei appropetur: sed vt in noticiā spiritussancti veniret discipuli. Ait em̄: Nunquid aūt dicit filius z docet spūssanctus: vt dicēte filio verba capiam⁹: docente autē spū eadem ꝓba intelligam⁹. Omnis em̄ dicit z docet trinitas: sed nisi etiā sigillatim cōmendaret: eaz nullo modo humana cape vt oporteret posset infirmitas. Hec ille. Vel possum⁹ dicere q filio appropiatur docere immediate illuminādo: sed spūsancto docere mediate: inflāmando z disponendo ad susceptionē illūinatois filij. Nā animalis hō nō percipit que dei sunt. j. Cor. ij. Ideo spiritus cui⁹ ē nos bonos z spuales facere: docet nos efficiēdo doctrine capaces. Quinta dubitatio est: Quomō dicat spiritussanctus aplis suggerere: cū vt ōt Greg. suggerere soleat esse minoris. Ad hoc dico: q cū suggerere sit summistrare z etiā latenter suadere: spūssanct⁹ sicut Greg. ōt: suggerere dicit: nō q nobis sciam ab imo afferat: sed ab occulto. Hec ille, Et dicit ab imo: i. q̄si inferior sicut fu⁹ de aliq̄b docet dominum. Vel fz Aug. suggerere ē ad memoriam reducere. Sicut em̄ dicit Theo. spiritussanctus docuit q̄cunq̄ chris nō dixerat tanq̄ importabilia: et cōmemorauit quecunq̄ dixerat: sed obscuritatis causa: vel intellect⁹ tarditate cōmendare memorie nequiuerunt.

In hac parte est morale documentum vt qui appetit noticiā diuinoz: studeat diuino amore z moz bonitate pollere. Greg. in home. Nisi aūt idē spūs cordi adsit audiēt⁹: ociosus est sermo doctoz⁹. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit. quia nisi intus sit qui doceat: doctoz⁹ lingua exterius in vacuū laborat Hec ille. Iterum moraliter sciendum est: q spiritus aduocatus dicitur. Est enim aduocatus bonus qui scit sapienter consulere: luculenter suadere: z potenter vincere: ideoq̄ tria requirit: sapientiam: eloq̄entiā: et constantiaz: Et sapientia sine eloquētia est inutilis: z eloquentia sine sapientia est garrula: z vtraq̄ sine constantia est fraudulosa. Ideo dominus apostolis dedit spiritūsanctum in linguis et igne. In linguis quidez: quia dedit eis facundiam. In igne ꝓ qui lucet z ardet: quia dedit eis lucidam sapientiam z feruentem constantiam. Sed multi sunt habentes linguam inflammatam quidem: non isto igne: sed infernali. Jaco. iij. Lingua inflammata a gehenna Nota q deus fm triplicem prouinciam fecit triplex linguagium vt ita dicam siue idioma Et idioma celestis regionis est deum laudare. Psalm̄. In secula seculoz⁹ laudabūt te. Regionis ꝓ terrestris est de terrenis tractare. Joan. iij. Qui de terra est: ō terra loquitur. Infernalis ꝓ est deum blaphemare. Esaie. vij. Irascitur scilicz damnat⁹: z maledicit regi suo. Cognoscitur aūt quis ad loquelam cuius sit regionis Nā loquela tua manifestū te facit. Matthei. xxvj.

Quantum ad tertiū tangitur exhortatio christi ad discipulos de pseuerantia. Ad cui⁹ intellectū sciendū est q fm q ōt ab Aug. sup Joā. et de verbis dn̄i: et sancto Thom. in diuersis locis: triplex est pax: scz mundanoz: et sanctoz⁹: et beatorum: Et secunda includit primā: nō ecō

verso:z tertia scdaz:nō ecōuerso. Pax mū
danoz nō est vera nisi qtūs aliqd partici/
patoz pace scōz: quia extrinsec⁹ tm̄mo/
do est. Nam est apparens vnio animoz uz.
Pax aūt sanctoz: sicut dictū est sup̄ feria
qnta post pasca:tria req̄rit: Nā cū sit tran
quillitas ordinis fm Aug. et homo habe
at triplicē ordinē.s.ad seip̄m̄z ad primū:
et ad deū: ad eā req̄ritur Primo tranquil
litas in seip̄o: q̄ntum ad tria q̄ in homine
debent ordinari.s.quo ad intellectū: ne er
roze aut affectione inordinata pturbet: q̄
ad voluntatē:vt fm intellectū dirigatur.
quo ad sensum:vt fm voluntatē z ratiōz
regulet z nō pturbet inordinatis passio/
nibus. Scōo tranq̄llitas ad primū p vin
culū amoris. Tertio tranquillitas ad deū
p charitatis p̄soztium. Vñ Aug⁹.de ver
bis dom. diffinit pacē sanctoz ait. Pax
est tranquillitas mētis.s. quo ad rationē:
serenitas animi q̄ ad sensū:simplicitas coz
dis quo ad voluntatē: amoris vinculum
quo ad p̄xīmū:consoztium charitatis q̄
ad deum. Pax ꝑo beatoz includit omnia
que sunt de ratione bītudinis:vtpote im
possibilitatē amittēdi tranquillitatē pdi/
ctoz ordinū. Sic ergo p̄sentē litterā expo
niere debem⁹ fm mentē Aug.(Pacē)san/
ctoz relinquo vobis.vt.s. eam totis viri/
bus amplecti velitz. Aug.de ver.do. Nō
poterit ad hereditatē dñi puenire q̄ resta/
mentū pacis noluerit obs̄uare.nec pōt cō
cordiā habere cū chr̄o qui discoz volue/
rit esse cū chr̄iano. Hec ille.(Pacē meam)
.i. pacē quā habeo:z vos nō habetis neq̄
hic habere potestis:cū sit beatoz(do)id est
dabo(vobis)in futura felicitate p effectū:
nunc autē do p̄ spōsionē z infallibilē spem
(Non quomō mūdus dat ego do vobis)
Jn tribus em̄ pax chr̄isti quaz nobis da/
turus est:imo z quā dat in p̄senti: a pa/
ce mundi distinguitur.scz in p̄fectione:in
veritate:z in fine. Pax enim mūdi est im/
p̄fecta:quia tm̄ exteri⁹ quietat. Vñ Esa.
xlviij. Nō est pax impijs dicit dominꝰ .s.
p̄fecta. Est etiā ficta:quia loquūtur mun
dani pacem primo suo:mala aūt in coz di/
bus eoz:vt dicit Ps̄. Et ordinat ista pax
ad quiete fruendū tēporalib⁹ bonis. Sz
vtraq̄ pax chr̄i est p̄fecta: z vera:z ad eti/
na bona ordinata. Sedq̄ dixerat dñs:pa
cem relinquo vobis:q̄ō est recedentis fm
Chr̄y⁹.ne ex amoze turbent vl timoze foz
midēt:subdit(nō turbet coz vestz neq̄ foz
midet)eo q̄ soli q̄si agni inter lupos rema
neatis. Nam(audistis quia dixi vobis:va
do et venio ad vos)id est nō ita recedo q̄n
ventā vos sepe inuisere z visitare: Sz̄q̄a
hoc totalit nō ꝑsolabat eos:subdit (Si di
ligeretis me) amoze amicicie vere z rōna/
biliter(gauderetis vtiq̄) de meo discessu:
nō vt sic:sed vt est mihi bonuz (quia vado
ad patrem fm humanitatē:z sic gaudebo
nouo modo de mea ascensione z sessiōe ad
dexterā patris. Vado aūt ad illum (quia
pater maioz me est) nō quo ad meā deita/
tem:que eadē est cum paterna:sed quo ad
humanitatē. Potest tamē fm Hilari. pa/
ter dici maioz nō potestate sed autoritate
p̄ncipali vel donantis: sed filius nō ē mi/
noz sed equalis. Ego autē addo q̄ sane in
telligendo eo modo quo pater est maioz:
filius est minoz.s. origine. Nam sicut esse
minoz ē:est esse a quo alius:ita minoz est q̄
est ab alio. Et hoc exp̄sse sentit san. Tho.
in suo simili de po.q.x.arti.j. vbi ꝑcedit fi
liū esse p̄ncipiatū Jta tñ nō st̄ cozā rudib⁹
astruenda: quia forte male sonarent. (Et
nūc dixi vobis priusq̄ fiat) de mea morte
et resurrectiōe z ascensione (vt cum factū
fuerit)et ꝑpletū totū hoc(credatis)nō ea/
ipsa que videbitis fm Aug. fedetiā chri/
stum filium dei:qui hec potuit facere z p
nunciare. Sed hic est questio vna quia
ex dicto Aug. videtur sequi q̄ passio vl re
surrectio aut ascensio chr̄i quo ad aposto/
los qui ista viderunt:nō sint articuli fidei
Sed dicendū est q̄ licz viderent hominē
mori:tamē q̄ ille homo essz deus: hoc nō
videbant:ideo fide credebant deum mo/
tuum: z sic de alijs. Subdit autē chr̄ist⁹
aliā causam:qua debebāt apostoli ō eius
morte cōsolari.quia nō patiebat p̄ter ali/
qd̄ suū delictū.sed innocenf:cū dicit (Jaz
nō multa loquar vobiscum)quasi dicat fz
Bedā. Tēpus vrget vt capiar ad mortē:
(Venit enim princeps mundi huius)id
est hominū mundanoz. Est autē fm Au
gusti. iste princeps diabol⁹:qui malis ho/
minib⁹ dominatur:nō rōne creatiōis: sed

Fe.ii.infra octās Penteco.

seductōis. Venit ān ingt ad eos Jude vt me pdat: z ad eos iudoz vt me crucifigāt (z in me nō habet dcēz) qz.s. vt ōt Bern. Pctm̄ chīs neqz ptraxit neqz pmisit. Sz qre moziebat si nō habebat pctm̄: cū pena peti sit mors: Ad hec rndet ipe di. (Sed) supple mozioz (vt cognoscat mūdus) ly vt stante psecutiue z nō causalit. Nō em̄ hoc fine moziebat vt id scirem⁹: sed eo moriē/ te p pctō alioz pseqnter hoc sciuimus (qz diligo patrē) cui vsqz ad mortē obedio (z sicut mandatū dedit mihi pater) vt.s. p salute pctoz moriar (sic facio) In quo nobis reliquit obedientie documētū: ad qō sp debemus inspicere: Juxta illud Hebre.xij. Aspiciam⁹ in auctorē fidei: z psummatorē Jesum: qui ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē: pfusione ptempta.

Moraliter aūt sciendū ē q chīs postqz dixerat spūm sanctū mittendū discipul: statim subdit: Pacē relinquo vob: ad scandū q in hoc mōdo nō est vera pax: nisi hoībus bone volūtatis. q.s. habēt spūm sctm̄. Sed istā pacē z psolationē nō possunt recipere habētes mundanā. Joā.xiij. Spiritū vitatis: quē mund⁹ nō pōt accipe. i. amatores munch. Ratio: quia vt dicit. j. Joā.ij. Oīe qō in mūdo est: pcupiscētia carnis est: aut pcupiscētia oculoz: aut superbia vite. Jsta aūt tria peccata. s. luxuria: auaricia: z supbia impediūt psolatiōz spūssti: sicut Chrys. sup Mat. ondit per tria exēpla. Primū est: qz leo nō mouetur ad aspectū herbaz seu pratī virētis: z sil' habētes cor aniale p lasciuiā nō appetunt herbas virētes. i. spūales amenitates: sed voluptates. j. Corz.ij. Animalis hō non pcipit ea q̄ sunt spirit⁹ dei. Scōm est: qa lapis cadente pluuia balneat quidē a foris: sed intus arid⁹ manet: z sil'r habētes cor duz p superbiā: spiritui sancto intrinsecus nō irriganť. Bern. Quedā supbia inuenta est in me z domin⁹ declinauit in ira a seruo suo. z ad lachrymas nō ppungor. Hec ille. Tertiū: quia si vasi plens aceto infundat gutta mellis: pditur mel z acetum nō dulcorat. et similiter habētes cor acerbū p auaricia que mītas facit acerbitates in adqrendo z pseruando: nō sentiunt dulcedinē mellis. i. psolationē spiritus sancti. Aug⁹. sup illō Psalm̄. Diligite dominū omnes sancti eius. Discite nō diligere mūdū: vt discat⁹ diligere deū. Auertere vt conuertaris: Funde vt implearis. Hec ille

Feria.ij infra octa. penteco.

Tex. euange. Joā. ca. iij.

Sic deus dilexit mōm vt filiū suū vnigenitū daret: vt omnis q̄ credit in eum non pereat: sed habeat vitā eternā Non em̄ misit deus filiuz suū in mundū vt iudicet mundū: sed vt saluet mūdus ꝓpsum. Qui credit in eum nō iudicat: Qui aūt nō credit iam iudicatus est. quia non credit in nomine vnigeniti filij dei Hoc est aūt iudiciū quia lux venit in mundū: z dilexerūt homines magis tenebras q̄z lucem. Erant em̄ eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem: et nō venit ad lucem: vt nō arguant⁹ opera eius. Qui aūt facit veritatez venit ad lucem: vt manifestentur opera eius quia ideo sunt facta.

Sic deus dilexit mūdum vt filiū suū vnigenitū daret z̄c. Jo.iij. In ꝓsenti euāgelio tanguntur tria puncta: que sunt: Conditoris benignitas: Homis malignitas: z Malignitatis causalitas.

Quantū ad primū tangit magna di benignitas: qui filium suū dedit morti pro mūdo. i. hoīe. Hāc aūt benignitatē chīs postqz se dixerat exaltandū. i. in cruce moritur ne quis miraret de morte eius itroducit dicēs (Sic deus dilexit mundū) id ē hominē sm Chrys. qui dicit minor mundus (vt filium) naturalē: nō adoptiuum:

(suum) nō alienū (vnigenitū) in q̄ ex ꝑseqn
ti totus erat amor patr̄ nō diuisus i plu
res filios (daret) libere sine p̄cedēti meri
to ꝯdigno. vt ptz p s. Tho. iij. q. xxiij. dis.
.j. z sine spe remunerationis. Deꝰ em̄ nō a
git ad adq̄rendū sibi: sed ad cōicādū alijs
Secus de hoie q̄ sp̄ p̄cipaliter vel secun
daris in suo ope intendit aliq̄d bonū adq̄
rere. Jō vt dicit Anicen. soliꝰ dei actio
est mere liberalis (daret) in q̄ in p̄ciū: in
exēplū: z in p̄miū Notat ād hic s. Tho.
q̄ amor dei q̄ est cā oim bonoꝝ nostroꝝ ē
magnus ex q̄tuor. Primo ex p̄sona amā
tis: q̄ est deus infinitꝰ z imēsus. Secū
do ex ꝯditiōe amati. i. homis: q̄ est mūda
nus corpe z affectu existēs in pctis. Ter
tio ex magnitudine doni: qz filiū suū vni
genitū dedit. Quarto ex magnitudie fru
ctus: qz vt habeamꝰ vitā eternā ¶Sed ē
hic duplex questio. Pria quō filiꝰ dei da
ri potuerit in mortē cū sit deꝰ. Ad hoc di
cit Theo. q̄ cū in chō sit vna p̄sona subsi
stens in diuina z humana natura: eadem
fuit p̄sona homis z dei. Et ideo q̄ sunt di
uinitatis attribuūtur homi: z que humā
nitatis deo: rōne idētitatis suppositi. Jñ
vere dicimꝰ q̄ filiꝰ hois descēdit de celo:
et q̄ filius dei mortuꝰ est. Dedit aūt eum
pater ad mortē ſm s. Tho. in q̄ntum dedit
ei voluntatē patiēdi. Et hoc duplr̄ in q̄t.
Primo: quia in q̄ntū deꝰ habuit ab eterno
voluntatē patiēdi a patre. Et scō: qz in
q̄ntum homo inspirata est a deo anie chr̄i
voluntas moriēdi p̄ nobis. Alia q̄stio ē:
Utr̄ deus plus hoiem q̄ chr̄m dilexerit:
quē p̄ hoibus tradidit ad mortē? Ad hoc
dicit sc̄us Tho. j. par. q. xx. q̄ deus plus
chr̄m q̄ totū vniuersum diligit: qz vult ei
maius bonū. s. esse veꝝ deū. Neq̄ eius ex
cellentie aliq̄d deperit ex hoc q̄ in mortē
traditus est: imo ex hoc effectus est victoꝝ
gl̄iosus. Et videt intendere sc̄us Tho.
q̄ si ita deus chr̄m p̄ homib⁹ tradidisset sic
nobis tradit bruta: quia. s. nullū eis bonū
p̄uenit ex hoc q̄ eis vtimur: chr̄s fuisset mi
noris p̄cij q̄ genus humanū (Ut oīs
qui credit in ipm) nō dicit: vt oīs qui cre
dit ei vel eum: sed in eū siue in ipm: ad q̄
nō sufficit fides: q̄ oportz adesse motū i de
um: vt ptz. ij. q. ij. (Nō pereat) id est fru
stretur suo fine ad quē est factus a deo (q̄
habeat vitam eternam) que est finis eius.
(Nō em̄ misit deus filium suū in mundū)
q̄ntum ad aduentū in carnem (vt iudicet
mundū) Sed ꝯtra Nā in iudiciū ego ve
ni: Joan. ix. Ad hoc dicit sc̄us Thom. q̄
cū duplex sit iudiciū. s. discretiōis: z cōde
mnationis. Filius dei in p̄mo aduētu ve
nit in iudiciū discretiōis: quia rūc sunt ho
mines discreti quibusdā obcecat̄: z q̄busdā
dam gr̄e lumine illuminatis: nō aūt in iu
diciū ꝯdemnatiōis (Sed vt saluet mūdꝰ
p̄ ipm) q̄ntum in se est. Augꝰ. Quare sal
uatoꝝ dictus est mūdi nisi vt saluet mōm
Ergo q̄ntum in medico est: sanare venit
egrotū. Ipse se interimit q̄ p̄cepta medici
seruare ꝯtemnit. Hec ille.

Quantū ad scōm dicit (Qui credit in
eum) z nō solū ei vel eū (nō iudicat). i. non
ꝯdemnabit ſm Alchui. Et hoc intellige
iudicio ꝯdēnatiōis: secus iudicio discussio
nis. Discutient em̄ fideles mediocrit̄ bo
ni z mediocriter mali. Quidā tñ heretici
ex hoc z ex illo Marc. vlti. Qui credide
rit z baptizatꝰ fuerit saluꝰ erit: dixerunt
nullū fidelē eternalit̄ damnandū. Sz ſm
hoc etiā demones saluarent̄: qz credūt et
ꝯtremiscūt. Jaco. ij. Est g̃ hic sermo ō fi
de viua. Intelligunt ergo p̄dicta de cre
dente in deū. i. cū fide formata. Assumūt
autē ſm san. Tho. z aliud fundamentum
sz ꝑba Apl̄i. j. Corꝝ. iij. Fundamentum
aliō nemo pōt ponere. Et Jbiō. Si cuiꝰ
opꝰ arserit: ipe quidē saluꝰ erit: sic tñ q̄si p
ignē. Dicūt g̃ q̄ saluant̄ fidei fundamēto
sz purgent̄ igne. Sed solui p̄ idē: qz fidei
informis nō est fundamentū salutz (Qui
aūt nō credit iā iudicatꝰ est) vel ſm meri
tum p̄sentis iniusticie: vel ſm diuinā p̄sci
entiam. Augꝰ. Nondū apparuit iudiciuz:
sed iam factū est iudiciū. Nouit enim do
minus qui sunt eius: nouit qui p̄mineant
ad coronā: z qui p̄maneāt ad flāmā. Hec
ille. Vel ſm Chrys. dicit iudicatꝰ talis:
quia hoc ipm qō est esse extra lumen fidei
magnū supplicium est. Vel vt idem dicit:
est iudicatus: quia habet vnde iuste iudi
cetur: sicut Adam ea die q̄ de cibo vetito
māducauit mortuꝰ est. Et hoc est esse iudi
catū ſm p̄sentē iusticiā. Vel ſm Gregoꝝ.

ꝛ Chrys. dicit iudicat⁹: qꝛ habꝫ manifestam cām damnac̄ois: ideoꝙ in iudicio nō discutiet cum patent excidentia salute ad quam nō nisi ꝑ chm venit. Jō subdit (quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei.) Alchuinus. In hoc enim solo nomine est salꝰ Hec ille Sed ꝟ. qꝛ paruuli cū baptismo decedētes neꝙ crediderūt neꝙ iudicati sunt. Ad hoc dicit Aug. li. ō bapt. par. ꝙ tales ꝑ sacr̄i virtutē ꝛ rñsionem offerentiū cōputant in numero credentiū. Secus vt ait de paruulis nō baptizatis. qꝛ in numero sunt nō credentiū Deinde fm Alchuinū reddit causa quare iustū sit tale iudiciū: cū dicit (Hoc ē aūt iudiciū) id est ista est causa iudicij. vel ex hoc apparet ꝙ iuste infideles ꝛ impij iudicāt Vel hoc est iudiciū. i. causa maioris condemnatōis: ingr̄itudo. s. hominū ad deum. (qꝛ lux). i. ipe chr̄s fm Bedā (venit i mūdū). i. ad hoies. ita ꝙ eā querere nō habuerūt: vt dicit Chrys. (Et dilexerūt hoies magis tenebras). i. peccata fm Bedam: que ideo tenebre dicunt. vel qꝛ ois malꝰ: ignorās est in eligibili particulari. vl qꝛ male opantes querunt in tenebris. i. i occulto opari ꝛ latere cōmuniter: vl qꝛ ad eternales tenebras ducūt (ꝫ lucem) id ē chr̄istū. Ex quo patꝫ ꝙ inexcusabiles sūt Nam sicut dicit Chrysо. Qui in absentia lucꝫ: qꝛ. s. nō hꝫ noticiā chr̄i: in tenebrꝫ residet aliq̄ mō excusabilis est: q̄ ꝓo in p̄sentia lucis haret tenebris: nullo modo. Beda. Horalit etiā illi magꝫ tenebras ꝫ lucē diligūt: q̄ suos p̄dicatores bñ dicētes odijs ꝛ detractōib⁹ isequūt. Hec ille

Quantū ad tertiū tāgit hui⁹ tante ingratitudinis causa fm Bedā: cū dicitur. (Erāt enī eoꝝ) scꝫ hoim aliq̄ꝫ (mala opa) Habuisse tñ mala opera non fuit sufficiens causa fugiendi a chr̄o. Nam q̄dā habētes mala opa chr̄o occurrerūt. puta publicani et peccatores. Sed fuit hec occasio ꝛ sufficiens cā fuit habuisse intentōem psecuendi in eis. Chrys. Nullus vticꝫ eligit in errore viuēs ad fidem venire nisi prius inscribat sibi pt vitā rectā. Hec ille. Sed nō videt ꝙ omnes infideles habeant mala opa: qꝛ Cato ꝛ plēs phi operati sunt virtutē. Ad hoc dicat Chrysо, vt allegat sanctus Tho. ꝙ aliqui operant̄ bene ex naturali dispositione. s. q̄ nō impugnant̄ concupiscentia. Alij autē ex virtute scꝫ q̄ impugnant̄. et hoc est ꝑfectiuꝫ fideliuꝫ Vel potest dici fm sanctū Tho. ꝙ ꝛ infideles facerēt bona: non tamen virtuꝫ a⁄more: sed per inanem gr̄iam. Et nō operabant̄ omnia opa bona quia deo cultum debitū non reddebant. Vel potest dici ꝙ dominus dicit fuisse opera mala, iudeoꝝ maxime principalium: non autē gentilū: quia adhuc eis non erat lux annunciata. nisi ꝓuate et in casu. Jdeo subditur. (Omnis qui male agit) id est: qui est in intentione peccandi fm Alchuinū. Nam qui iam caret tali intentione: non agit malum sed egit (odit lucem) id est veritatez non ꝑ se: sed ꝑ accidēs. Augꝰ. x. confessio. Quia eīm falli nolunt tales ꝛ fallere volunt: amant veritatē cū scīpaz iudicat. et oderunt eā cū eos ipa iudicat. Amant ꝫ veritatem lucētē: oderunt eā redarguentem. Hec ille. Ꝫ sequit. (Et nō venit ad lucem) id ē ad veritatē: seu ad hoc vt pateat veritas q̄ ad opera eius (vt nō arguantur opa eius. Qui autē facit veritatem). i. opa recta. que dicuntur opa veritatis: quia sunt ꝓformia regule diuie sapientie et iudicio ratōis vere iudicantis. Veritas eīm est cōformitas rei ad intellectum. Vel dicunt opa ꝓitatis qꝛ sunt ab homine vero. i. qui talē se exhibet in operibus: qualis est in verbis et signis. Qui libet autē in verbis et signis cōiter vult apparere bonus: cui apparētie i bonis cōcordat opeꝝ existentia: in malis ꝓo discordat. (Venit ad lucem) Sed nunquid ante chr̄istum aliquis sic fecit? Videtur eīm ꝙ non. quia ante chr̄istū omnes peccauerunt. vt dicit Rhoma. ij. Ad hoc aūt dicit sctus Thomas ꝙ fm Augus. is cui displicet malū quod fecit: relinquens tenebras peccatorū facit in se veritatē ꝛ venit ad lucem (vt manifestent opera eius)

Sed contra: quia nulli debet sua bona publicare: vnde ꝛ phariſei de hoc a domino rep̄hendunt̄. Ad hoc autem dicit sanctus Thomas ꝙ licitū est velle opa sua manifestari coram deo: vt approbentur: et in sua conscientia vt gaudeat quis fm

illud. j. Cor. j. Glia nra hec est testimoni
um ꝓscie̅tie nre: et cor̄a hominib⁹ ad ho⁄
norē dei ꝛ fidei vtilitatē. Sm illō Mat. v.
Sic luceat lux ve. nō aūt ad honorē ꝑpr̄ium.
Hec ex illo. Et intellige q̄ licz manifesta
tionē apud homines querere ꝓfectis. Vñ
san. Tho. dicit q̄ sancti hoc appetūt. Vi
de de hoc feria sexta post dom̄icā quin⁄
quagesime. Vel dicit (vt manifestent ope
ra eius) id ē. non verec̄ publicari q̄tuz ē
ex natura suor̄ opez, q̄uis forte velit ꝑpt̄
humilitatē ꝛ non ꝑpt̄ verecundiā latere.
quia in deo). i. Sm deū (sunt facta) et conse
q̄nt er nō sunt reprehensibilia sed laudabi⁄
lia. qz de⁹ malū velle nō potest Jn hac
parte est documentū ſrale q̄ peccatuz est
causa vt saltē occasio mortādi in peccato.
Bre. Peccatū q̄ statim p̄ pniam nō di⁄
luit: mor̄ suo pōdere ad aliud trahit.

Feria. iij. infra octz Pentz

Textꝰ euangel'. Joā. cap. x.

q Vi non intrat per ostiū
in ouile ouiū sed ascēdit
aliunde: ille fur est et la⁄
tro. Qui aūt intrat per ostium:
pastor est ouiuz. Huic ostiarius
aperit: et oues vocem eius audi
unt Et ꝓprias oues vocat nomi
natim: et educit eas. Et cuz pro⁄
prias oues emiserit ante eas va
dit: et oues illū sequuntur: quia
sciūt ei vocem eius. Alienū autē
nō sequunt: sed fugiūt ab eo: qz
non nouerunt vocem alienor̄u.
Hoc prouerbiuz dixit eis ihesus.
Illi autē non cognouerūt quid
loqueret eis. Dixit ergo eis ite⁄
rum ihesus Amen amen dico vo
bis: quia ego sum ostiuz ouium.
Omnes quotquot venerunt: fu
res sunt et latrones. sed non au
dierunt eos oues. Ego suz ostiū
um. Per me siquis introierit sal⁄
uabitur: ꝛ ingredietur ꝛ egredie
tur: ꝛ pascua inueniet. Fur non
venit nisi vt furetur ꝛ mactet ꝛ
perdat. Ego veni vt vitaz habe⁄
ant ꝛ vt abundantius habeāt

Vi nō intrat per
q ostiū i ouilez̄ Jo. x. Prelēs
euangeliū tria ꝓtinet pūcta.
Jn primo tangit quoddam
puerbiū. Jn secundo exponitur illud. Jn
tertio comparatio fit inter furem et bo⁄
num pastorem

Quantū ad primū sciendū ē fz Chrys
q̄ ante p̄sentia ꝓba chr̄i arguerat phari⁄
seos de cecitate: qz in eū nō credebāt. Sz
qz potuissent dicere: ideo te nō sequimur
qz nō tenemur: cū nō sis pastor fz errone
us. iō vult se ondere pastorē vez. Premit
tit tñ aliq̄ de fure. qz opposita iuxta se po
sita magz eluceſcūt. Sed Sm Aug. ista di
cunt ꝓtra phariseos ꝛ sic̄es: q̄ q̄ndā iusti⁄
cia operā habētes: ꝛ fidē chr̄i nō hñtes cre
dūt se recte viuere. qō nō est vez. Vñ ait.
Nec bñ viuere dicēdi sunt q̄ sine bñ viuē⁄
di aut cecitate nesciūt: aut iflatōe ꝓtenūt.
Hec ille. Dr̄ g. (Amen amen) i. vere (di
co vobis) geminat aūt ly amen causa ma
ioris exp̄ssionis (Qui non intrat p ostiū i
ouile ouiū.) Scom Aug. et Chrys. ꝛ san
ctū Thomā ꝛ oēs: istud ouile est ecclesia
id ē ꝓgregatio fideliū: siue eccl'ia siue sy⁄
nagoga dicat. oues aūt sunt fideles.

Sciendū est aūt q̄ ad ouile intrat ouis
vt ꝓfuet. ꝛ pastor p̄ncipalis. i. dñs Jesus
ac substitutꝰ. i. vicariꝰ eiꝰ vt ꝓfuet ouet.
ꝛ fur vt furet. fz dus p̄mi p ostiū intrant.
De omnib⁹ aūt hijs ingressib⁹ loquit do⁄
minꝰ. Sz p intellectu dicēdo q̄ sciēdū est
q̄ cū duplex sit spūalis pastor. s. p̄ncipal'. i.
chr̄s. ꝛ substitutꝰ. i. plat⁹. ꝛ ipe chr̄s sit
ostiū respectu pastoris substituti: respcu
ipi⁹ chr̄i ogtz aliō ostiū itelligere. i. scpture
ā ipaz ꝛ dei volūtatē exp̄ssā i scpt̄ura. q̄
destinauit chr̄m in pastorē gētib⁹. Vnde
ouib⁹ ꝛ pastoribꝰ substituti ostiū ē chr̄s ꝛ
scpt̄ura loq̄ns de chr̄o. fz ipi chr̄o ostiū ē
scpt̄ura ꝛ de⁹. Jstud igit ostiū Sm Chrys.
est sacra scriptura: que facit fidelib⁹ quod
ostium facit ouib⁹. Vñ ait, He. s. scpt̄u⁄

re dei cognitionē aperiūt: he oues custodi unt z lupos supuenire nō ꝓmittūt: hereti cis introitū ꝓcludentes. Hec ille. Aug⁹. aūt ꝙ ostiū intelligit chr̄m: sed reuera idē est sensus Aug. z Chrys. Nā in chr̄o sunt implete scripture: nō ꝙ ꝙ scripturas intrat: intrat etiā ꝙ chr̄m. i. fidē z ꝙuersatiōz chr̄i ꝙ quā ꝯs efficit de nūero ouiū chr̄i. Cum em̄ ipe chr̄s se dicat ostiū nō est rationabi le ꝙ Chrys. aliud ꝙ ostiū voluerit intelli gere: nisi dicat ꝙ loquit de ostio vt ꝙuenit ꝓncipali pastori tm̄. Siue g̃ sit scṗtura si ue fides vel vita chr̄i: ideo dicit ostiū quia ad ouile ducit: z itꝝ ex ouili ad pascua et ne viriditatis (Sed ascendit aliūde) Hoc est ꝑm Chrys. aliā sibi et nō legitimā viā facit. Tales aūt sunt multi: vñ nō specifi cat viā ꝙ quā sine ostio intrat: qz malum multis modis fit. Et quidē ꝙ ingredit vt pastor ꝓncipalis: ascēdit aliūde qñ nō est ꝙ voluntatē dei z sacras scripturas ordi natus caput z redēptor gentiuz: vt anti chr̄s z multi alij: Sed loquēdo de q̄cūq; alio intrāte. Primo aliunde ascendit siue velit intrare vt ouis siue nō vt ouis sed vt pastor: qui ñ credit intellectu recte ꝑm scri pturas. Secō ꝙ nō imitat affectu vitam chr̄i. Aug⁹. Intrat ꝙ ostiū ꝙ intrat ꝙ chri stū: ꝙ imitat passionē chr̄i: ꝙ cognoscit hūi litatē chr̄i. Hec ille. Vbi nota ꝙ ter pōit ly qui. sed primū nō ponit in numer̄ cum reliquis: ita ꝙ scōm ꝙ: valet ly id est: z ꝓse quēter tangit duo ꝙ ꝙ intram⁹ ꝙ chr̄m. s. cognoscere z imitari: q̄z primū est intelle ctus: scōm affectus. Tales aūt sunt mlti. Primo qui volūt intrare cū scripturaruz ignorātia: maxie si volūt intrare vt pasto res: qz cec⁹ q̄rit ducere cecū. Secō qz no lunt chr̄m imitari ꝙ viā humilitatz: iz vo lunt ingredi vt dñentur velut superbi. Vñ Aug⁹. Qui ad ouile vult intrare ꝙ ostiū: nō solū chr̄m ꝑdicet: sed chr̄i gl̄iam q̄rat: nō suā. Humilis aūt ianua chr̄s est: ꝙ in trat ꝙ hanc ianuā oportz humilez esse vt sano capite possit intrare. Qui aūt se non humiliat sed extollit: ꝙ mur̄ vult ascēde re: ideo exaltat vt cadat. Hec ille. Hiero. Letemur ad ascēsum. timeam⁹ et lapsuz Nō est tanti gaudij excelsa tenuisse: q̄nti meroris est de excelso cecidisse. Hec ille Tertio ꝙ ꝓtempta chr̄i pauptate ꝙ pecu nias et ꝓpter pecunias vult intrare vt si moniacus. Quarto qui ꝓtempta ꝟitate q̄ chr̄s est ꝙ fictōes ingredit: vt hypocrita Quito ꝙ ꝓtepta chr̄i māsuetudine ꝙ vio lentiam vult igredi: vt intrusus (Ille fur est z latro) Hoc autē ꝓprie nō intelligit de eo qui intrat vt sit ouis tm̄: nulla sup ouī bus habitur⁹ potestatē. Talis em̄ si male ingredit: nulli nisi sibi nocz. Sed ꝙ intrat quasi aliquid sup̄ oues potestatis habit u rus: vt pastor ꝓncipalis vel subrogat⁹: et nō intrat ꝙ ostiū: est fur. Cū em̄ ad ouiuz vtilitatē z gloriam domini deberet intra re: intrat ad suū cōmoduz z suā gloriā cō sequendā. Ideo ex re aliena sine voluntа tate domini lucruz expetit: qō est furari. Videt aūt Aug. z simil̄r scrūs Tho. sic i ter ista distinguere: vt furis sit rape: latro nis occidere. Vñ et latro ꝓprie dicit ꝙ la tens in siluis viatorez aggredit. Fur ꝟo ꝙ noctis tēpore ꝑdatur. Sed est hic vna questio. Si em̄ per ostium chr̄m intelligi mus: quō ipse seipm̄ dicit pastorē? Ad h̄ dicit ꝙ in spiritualib⁹ nō est inconueniens ꝙ idem sit ostiū et pastor ꝑm operationes diuersas. Vñ Chrys. Quia em̄ adducit nos patri: ostiuz se dicit: qz ꝟo ꝓcurat: pa storem. Hec ille. (Qui aūt intrat ꝙ ostiū) modo exposito sicut intrauit chr̄s ꝙ deuz et scripturā: z omnes apostoli ꝙ chr̄m: z si militer ꝙ scripturā modo suo (pastor ē oui um ꝟez si nō est tm̄ ouis (huic ostiari⁹) id ē Moyses ꝑm Chrys. cui eloquia dei ꝓmo sunt credita. Vel ꝑm Theo: spūssanctus ꝙ quem reserant scripture que nobis indi cant chr̄istū (aperit) id est ipsum chr̄m in troducit in ouile ꝙ ipsas scṗturas quo ad Moysen: vl̄ etiā ꝙ illuminationē quo ad spiritumsanctū: qui interius z ꝙ scripturas veram noticiā tradit. Male em̄ dispoſi tus in credendo dum ad suū sensum scri pturam trahit repugnantez in ea multas falsitates intelligit: neq; Moyse neq; spū sctō docente scripturas. Sic sup̄ de greg dictū est: ꝙ cum dicit qui a patre ꝓcedit: intelligūt q̄ddam falsum: ꝙ. s. spūssanct⁹ nō ꝓcedat a filio. Hec tñ intellig̃o ꝙ moy ses bene dispositum doceat interius illu minando vt spiritussanctus: sed extra tā

q̄ p̄ceptor: loquēdo inq̄ntum eius scripta exterius ꝓponunt. Vel ſm Aug. p ostia/riū intelligit ipe chr̄s: q cū etiā ſit ostium ipſe v⁹ ait: ſe aperit cū ſe exponit. Et nota q cū etiā ipe chr̄s ſit pastor intrat p ostiū ſcripturaꝝ z tñ nullus aperit ostiari⁹ in/q̄ntum deus eſt: ſed intrat ianuis clauſis nullo. ſ. ei diſſerēte ſcripturaꝝ. Inq̄ntū ār homo edoctus eſt a deo multiplici ſciētia vt dictū eſt multoties ſup̄. Sed ad no/ticiā hoꝝ nota: q ſicut pastor z ostiū: ita et aperire mltipliciter dicit z ſumit. Naz ingrediēti vt pastor p̄ncipalis: p̄mo ſceptru/ra agit teſtificādo p verba ꝓpheraꝝ: z deus p miracula vera: z introducendo ipm ad ſceptrū z poteſtatē ſup̄ oues obtinendaz. iuxta illud Matth vlti. Data eſt mihi. ſ. a deo oīs poteſtas. Scdo aperit ei ſcriptu/ra z deus nō vt ipe intret: ſed vt alij intrēt ad ipm: vt aperire huic ſit aperire ad hūc. Et ſic dicit ſanc. Tho. q Moyſes aperit chr̄o. quia dicit Jo. v. Si crederetis moy/ſi: crederetz forz. z mihi. De me em̄ ille ſcri/pſit. Ingredienti vo vt pastor ſubrogatus vel vt ouis: aperit deus ſiue ſpiritu ſſctūs: et ſcriptura: z chr̄s modo expoſito (Et o/ues voce eius audiunt) Iſta aūt z cetera que ſequūtur lz ꝙueniant cuilibet bono et ſubrogato pastori inq̄ntum eſt idē cū chr̄o cuius vicē gerit: tamē ꝓpriſſime ꝙueniūt chr̄o. Et ideo illa de eo exponem⁹ p̄mo.

Oues ergo. i. fideles chr̄i vocem eius au/diunt: quia ſicut oues ex imaginatiōe cō/ſueta pastoris vocez recognoſcūt: ita fide/les ex diuina inſpiratōe z lumine fidei no uerunt vocez chr̄i. i. veritatē doctrine ſue. Recte em̄ iudicant de his que ſunt fidei p modū inclinatōis niſi in affectu ſuo ꝓmit tant affectōes malas dominari (Et pro/prias oues vocat noiatim) id eſt ꝓpꝛijs no minib⁹ tanq̄ ſibi cogniras. Nouit em̄ do/minus: vt ait Aug⁹. nomina p̄deſtinato/rum. Quāuis etiā poſſim⁹ dicere q loq̄/tur de ouib⁹ ſm p̄ſentem iuſticiā (Et edu/cit eas) Primo ſm Chryſ. de ouili fideli/um mittes ad infideles: ſicut agnos iter lupos. Scdo ſm eundē de medio infide/lium vocās ad lumē fidei. Tertio ſz Au/guſti. de peccato educēs ad gratiā. Vnō ait: Et quis alius oues emittit niſi q eaꝝ peccata dimittit: vt cū ſequi duris libera/te vinclis poſſint. Hec ille. (Et cū ꝓprias oues emiſerit) ſcz trib⁹ p̄dictis modis (an/te eas vadit) ꝓbendo exempla bene operā di. Nec obſtat q plerūq̄ paſtor oues ſeq̄t Primo quia locutio eſt parabolica: z ꝯſe/quenter nō oporter ſimilitudinē q ad ſin/gula ꝯſiderare. Scdo q: vt ferūt i patria illa: paſtores oues cōmuniter p̄cedunt ſi/bilantes ore z inſtrumento ad hocipſum fabricato: et maxime quando oues paſto/rem diligunt (Et oues illum ſequūtur q: ſciunt vocem eius: alienū aūtē non ſequū/tur: ſed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienoꝝ) Et intellige q alienuz nō ſequūtur cum perſeuerātia: ſecus ad tem/pus ex erroze probabili. Alieni aūtez ſm Chryſoſt. dicunt hic Theodas z Judas. De his aūt habet Actu. v. Magiſter etiā hiſtoriaꝝ: de his introducit Gamalielem ſic dicentē: Theodas mag⁹ vt tradit Jo/ſephus dicebat ſe eſſe ꝓphetam a deo miſ/ſum z ſcire ſpulcruz Moyſi: z theſauros q̄s iudei in captiuitatē eūtes in ſinai mō/te abſconderūt. Ad cuius ꝓſuaſionē mul/ti venditis omnibus ſuis: z ſublatis ex vr be facultatib⁹ ad ripaz iordanis venerūt: z ꝓmiſit ſe facturum poſt triduū vt diui/deretur iordanis z trāſirēt ſicco pede: ſic tranſierant filij iſrael. Et dum expectaue rūt i illo triduo: ſuꝑuēiēs ꝓcurato⁹ p̄ſidis ſyrie cū multitudine equitū multos ex eis occidit: z caput ipſius Theode hieroſoly/mā repoꝛtauit. Poſt hunc extitit Judas galileus in diebus ꝓfeſſionis: id eſt deſcri/ptionis generalis: qui vt tradit Joſeph⁹ ſuadebat iudeis vt negarent tributa rho/manis. Poſtea perijt ipſe z quotq̄t ei con/ſenſenrunt. Hec ille. Alieni etiam dicunt hic ſm eundem pſeudoapoſtoli tunc fu/turi: imo et ipſe antichriſtus ſm Theop. qui de eo dicit: q paulus luz decipiēs non obtinebit ſequaces poſt eius mortem.

Eſt autē hic vna queſtio: quia videt q vocem chr̄i audiuerit aliquis qui nō erat ouis: ſed lupus vt Judas: z rurſus aliq̄ ouis nō audiuit eam: vt aliqui ex his qui eum occiderunt. Etſi dicat q quando nō audiebāt: oues nō erant. Contra hoc ar/guit Aug⁹. Nā aliq̄ oues dicunt a domi/

Feria.ii.infra oc.Pente.

